lingua que clauis facta eſt celoꝝ ſilet. an
dreas qui ipſi fratri ad fontẽ vite prim⁹
fuit:nõ preſumit os aperire. philipp⁹ qui
dum patrẽ ſibi poſcit oſtẽdi: ꝓfunda my/
ſteria indiuidue diuinitatis audiuit. Jo
han.cõdiſcipuloꝝ in ſe paritate ſuſcepta
cultor accedit. hec ille. Ptʒ ergo tertiũ ꝙ
iohẽs ſup apl'os exaltat̃ in ꝯuerſatione.
¶ Dixi quarto ꝙ ſup alios exaltatur in
morte ⁊c.⁊ notat̃ in euãgelio qñ dicitur.
Sic eũ volo manere. Chriſtus em̃ vt dici
tur in euangelio hodierno: dixit petro ꝙ
ſequeret̃ eũ per viam martyrij. ſeq̃re me.
Dixit autẽ petrus xp̃o. hic autem quid:
⁊ dixit xp̃s. ſic eũ volo manere. Sup quo
ṽbo dicit beda. ꝙ in morte nullũ doloreʒ
ſenſerat:ſed habuit carnis placidã abſo/
lutionem. Non ſic de alijs:quoꝝ vn⁹ fuit
crucifixus:alius lapidatus:alius excoria
tus.et ſic de alijs.
¶ Dixi quinto ꝙ ſuper oẽs exaltat̃ in viſi
tatione ⁊c. quod notat̃ in euãgelio qñ di/
citur. Donec veniam.ſ.ad vocandũ eum:
xp̃us em̃ in hora ſue mortis perſonaliter
venit ad eũ.qd̃ de alijs non legit̃. dicens
ſibi. Veni dilecte mi ⁊c.
¶ Sexto ſuper oẽs exaltat̃ in ſcripturarũ
intelligẽtia ⁊c.et hoc notat̃ in euangelio
vbi d:. Exijt ſermo ĩter fratres ⁊c. Vbi ſciẽ
dum ꝙ diſcipuli audiẽtes a xp̃o. Sic eũ
volo manere.crediderũt iohannẽ nunq̃
moriturũ. Johãnes correxit iſtud di. Et
non dixit chriſtus.non moritur. Hic vide

in iſto paſſu doctores.
¶ Septimo ⁊ vltimo exaltat̃ ſuper alios in myſterioꝝ diuinoꝝ teſtificatione. iſtud notat̃ in euang. Hic eſt diſcipulꝰ ille ⁊c. Alij aũt ſolū teſtificant̃ de auditu: iohã nes de viſu: qđ eſt fortiſſimũ ⁊ certiſſimũ teſtimoniũ. Joh. xix. c. deſcribẽs paſſionẽ dñi dixit. Et qui vidit teſtimoniũ perhi- buit: ⁊ verũ ẽ teſtimoniũ eius. Et ille ſcit q2 vera dicit: vt et vos credatis. Ptz ergo declaratũ quõ iohãnes ſup oẽs aplos in ſeptẽ priuilegijs ⁊ honoribꝰ exaltat̃. Pro concordãtia poſſumꝰ dicere de eo. Et ex- altauit eũ ſcʒ dñs / in cõſpectu oĩm ami- coꝝ ſuoꝝ. j. Machab. xj. Ut ergo ſermo totaliter finiat̃ et ꝯcludat̃ et terminet̃: ex iam dictis talis ratio format̃. Si ſcti ſtephanus ⁊ innocẽtes euãgeliſte et apl'i ſunt ꝓximi iohãnis: ⁊ ſup ipſos eſt gra- dibꝰ et honoribꝰ eleuatus: ergo ſequit̃ ꝙ ſuper ſuos ꝓximos eſt exaltatꝰ. et hoc eſt quod dr̃ in themate incepto. Exaltabit il lum ⁊c. Pro finali ꝯcordãtia poſſumꝰ di cere qđ dñs de eo per ꝓphã dixit Eſaie lij. di. Intelliget ſeruꝰ meus: ⁊ exaltabit̃ et eleuabit̃ ⁊ ſublimis erit valde. Deo. g.

¶ In feſto ſancti iohãnis euange- liſte. Sermo. ij.

Dilectus meus

candidus ⁊ rubicũdus: ele ctꝰ ex milibꝰ. Cant. v. The- ma ꝓpoſitũ põt eſſe reſpon ſio ad q̃ſtionẽ / que ꝓponit̃ vbi thema in eodẽ lib. ⁊ c. q̃ eſt hec. Qua lis eſt dilectꝰ? Et põt dirigi iſta q̃ſtio / ad tres: videlʒ ad xp̃m: ad matrẽ xp̃i: ⁊ ad ar chãgelũ michaelẽ. qm̃ per iſtos tres Jo- hãnes ſingulariter fuit dilectus.
Primo dirigat̃ queſtio ad matrẽ xp̃i: q̃re mus ab ipſa ꝑ hunc modũ. Qualis ẽ di- lectus tuꝰ o pulcherrima mulierũ. o pul- cherrima maria dei mater / qualis qualis eſt dilectus tuus.
Tu fuiſti ſibi cõmendata.
Tu fuiſti ꝑ ipſum cordialiter amata.
Ipſe cuſtos tue ſanctiſſime ỽginitatis.
Ipſe teſtis tue mirabilis ſanctitatis.
Dic nobis qualis eſt? ⁊ ipſa. dilectꝰ meus mihi: ⁊ ego illi. q. d. nobis ỽgo maria. ſibi fui cõmendata: ⁊ ipſe mihi. dilexit me: et ego eũ, ego mr̃ ſua: ⁊ ipe filiꝰ meꝰ. ꝑticeps doloris mei: ⁊ ego ſui. ecce qualis eſt.

¶ Item ſcđo põt dirigi ad beatũ michaẽ lẽ. qui ipſum dilexit: ⁊ multa de futuro ſe creta ſibi oſtẽdit et reuelauit: qđ fuit ſi- gnũ magne dilectionis. Siquidem
Dilectus libẽter loquitur dilecto.
Dilectus ſecreta reuelat dilecto.
Dilectus honorat dilectũ.
Dilectus conſolatur dilectum.
Dilectus cõmendat dilectum.
Iſta fuerunt inter michaelẽ archangelũ et iohãnẽ euãg. ſicut ptʒ in apoc. qm̃ in- ter ipſos fuit familiaris et ꝓlixa locutio. Nã dictus archãgelus locutus eſt ſibi qñ dixit. Qđ vides: ſcribe in lib. Apocalip. j. Itẽ ſcđo multa reuelauit ſibi ſecreta: de quibꝰ ſcripſit librũ intitulatũ reuelatio- nũ ſiue Apoc. Itẽ tertio dilectꝰ Johãnes honorauit archãgelum: qñ cecidit ad pe des eiꝰ: et eũ voluit adorare. Apoc. vltio. Quarto dilectus archãgelus ꝯſolatur di lectũ iohannẽ: qñ flebat Johãnes ſuper apertione libri ſignati: ⁊ cõſolatus eſt eũ quãdo fuit dictũ. Ne fleueris. Apocal. v. Itẽ quinto dilectꝰ cõmendabat dilectuʒ et laudabat: qñ angelus dixit ſibi. Apoc. xix. Conſeruus tuus ſum: ſicut tu ſeruus dei: ad imaginẽ dei ſicut tu. Ergo archã- gele dei michael / qualis eſt dilectus tuꝰ? Et ipſe amicus meus filie hieruſalẽ. Can tico. v. Talis eſt.
Uerax in verbis et operibus.
Dilectus deo et hominibus.
Frater noſter amãtiſſimus.
Primo verax. Johã. xxj. q2 iſte vidit: ⁊ te ſtimoniũ perhibuit: et ſcimus q2 verũ eſt teſtimoniũ eius. nos angeli ſcimus hoc. Itẽ eſt dilectus deo ⁊ hoĩbus velut alter moyſes: de quo Eccl'i. xlv. Dilectus deo ⁊ hominibus moyſes: cuiꝰ memoria in be- nedictione eſt. Item frater noſter per vir ginitateʒ. Talis inquit ſanctus michael: eſt dilectus meꝰ iohannes euãgeliſta: et ipſe eſt amicus meus. Itẽ frater noſter. Apoc. j. Ego iohãnes frater veſter.
¶ Tertio principaliter iſta queſtio poteſt dirigi ad xp̃m. vt ſibi dicat̃. Qualis eſt di lectus tuus? tu ſcire debes ieſu xp̃ / q̃lis eſt: qm̃ ipſe tantũ dilectus a te.
Te ſecutꝰ eſt: quẽ vocaſti nubere volentẽ.
Te ſecutus eſt predicantem.
Te ſecutus eſt miracula facientẽ.
Te ſecutus eſt in cena recũbentem.
Te ſecutus eſt in trãſfiguratione.

Te ſecutus eſt in puelle ſuſcitatione.
Te ſecutus eſt in intima oratione.
Te ſecutus eſt in morte et paſſione.
Ergo dicas nobis qualis eſt? Reſpõdet xp̃s in verbis preaſſumptis: Dilectꝰ meꝰ candidus rubicundus electꝰ ex milibus. In q̃bus ỽbis licet poſſet commendari a multis: ſingulariter cõmẽdat̃ tñ a tribꝰ.
A ſplendore puritatis. dilectus meus can.
A valore ſanctitatis. electus ſcʒ
Ab ardore charitatis. rubicũdus.

Prima pars.

¶ Primo ⁊c. Cãdor vir

ginitatis cõmendat̃ ĩ ſe: ⁊ in iſto ſingula (ri dilecto.
Candidus caſtitate.
Candidus charitate.
Candidus conuerſatione.
Ut accedant verba q̃ habẽtur Thre. iiij. Candidiores nazarei eius niue: nitidio- res lacte: rubicũdiores ebore antiquo: et ſapphyro pulchriores. In q̃bus ỽbis
Candor niueus et effectꝰ ad caſtitatem.
Candor lactis ad gratiam.
Candor eboris ad charitatẽ.
Candor ſapphyri ad cõuerſationem.
Candor caſtitatis eſt hic ad ꝓpoſitũ: que caſtitas fuit ſingularis ĩ eo: q2 de nuptijs dicit̃ eſſe vocatus: ⁊ ideo ꝓpter candorẽ virginalis caſtitatis / iſte ſic candidus
Meruit cum xp̃o familiaritatem.
Meruit ſapiẽtie altam ſublimitatẽ.
Meruit cum matre xp̃i gratã ſocietatẽ.
Meruit in morte dolorũ cõmunitatẽ.
Primo meruit cũ xp̃o ⁊c. Aug. ſup Joh. Sunt q̃dã qui aſſerũt iohannẽ plꝰ ama- tũ a xp̃o: ꝙ nec vxorẽ duxerit: ⁊ ab ineun te puericia caſte vixerit. Secundo me- ruit ⁊c. Hierony. ꝯ iouinianũ. Johãnes quaſi aq̃la ad ſup̃na volat: et ad ip̃m pa- trẽ peruenit / di. In p̃ncipio erat ỽbũ. ex- poſuit ỽginitas qđ nuptie nõ poterant. Tertio iohãnes meruit ⁊c. Hiero. vbi. ſ. Ut breui ſermone cõprehẽdã doceamq3 cuiꝰ priuilegij ſit iohãnes: imo in iohãne ỽginitas: a dño ỽgine mr̃ virgo ỽgini di ſcipulo cõmẽdat̃. Quarto meruit vt obi- ret ſine dolore carnis. vñ Hieroñ. in ꝓlo go ſup iohannẽ. Fuit a dolore mortis ex- traneꝰ: ſicut fuerat a corruptione carnis alienꝰ. Iſte eſt primus articulꝰ in quo cõ mendatur iohannes a ſplendore purita tis: quia cãdidus. Eccl'i. xliij. Pulchritu- dinẽ candoris admirabit̃ oculus.

Secunda pars.

¶ Secũdo cõmẽdatur

ab ardore charitatis: q2 dilectus rubicũ- dus. Hic ſciẽdũ ꝙ aliq̃s alteri efficit̃ dile ctꝰ ꝓpt̃ multa. vtpote p̃ma cã dilectiõis.
Propter naturalẽ attinentiam.
Propter naturalem cõplacentiã.
Propter virtualẽ condecentiam.
Propter admirabilem obedientiã.
Propter ſpecialem amicitiã.
¶ Naturalis attinentia. talis dilectio eſt inter parẽtes ⁊ filios: ĩter ſorores et fra- tres ⁊c. de q̃ loquit̃ Ariſtot. v. ethic. per totũ: vbi dicit ꝙ parẽtes diligunt filios. De iſta dilectione Eccl'i. iij. Judiciũ p̃ris audite filij. Propter hãc cauſam Johan- nes fuit dilectus a xp̃o: qm̃ iohannes co- gnatꝰ xp̃i germanus: filiꝰ eiuſdẽ matris aliter ⁊ alr̃: qm̃ xp̃s fuit naturalis filius marie virginis: ⁊ iohãnes filiꝰ adoptiuꝰ.
¶ Scđa cauſa p̃ncipalis dilectionis cor- dialis cõplacẽtia. Iſta cordialis cõplacẽ tia nõ eſt aliud q̃ʒ amicitia quã dilectus hʒ ad amantẽ ipſum. de quo Prouerbio. viij. Ego diligẽtes me diligo. Talis dile- ctio fuit ĩter dđ et ionathã. de q̃. j. Regũ xviij. vbi legit̃ ꝙ aĩa ionathe ꝯglutinata erat aĩe dđ ĩ amore ⁊ ecõuerſo. hoc ẽ dili- gebat amicũ ſuũ dđ ſic aĩaʒ ſuã. Talis di lectio erat ỽa nõ ficta vbi ẽ reamatio. vbi vterq3 ab alio dr̃ eẽ dilectꝰ. Iſta fuit ſcđa cã q̃re iohẽs fuit dilectꝰ a xp̃o: q2 iohẽs di ligebat xp̃m. O tantũ fuit amoroſus iſte iohẽs: qm̃ ĩ ſuis epl'is canonicis nõ loq̃t̃ niſi de dilectiõe ⁊ amore. vñ qñ portabat̃ ad foueã nõ dicebat aliud niſi iſtđ. Filio li diligite inuicẽ. In tali dilectiõe dilectꝰ ꝯgaudet dilecto dulciter. amicꝰ fidẽ cu- ſtodit dilecto ỽaciter. dilectꝰ ꝯſiliũ ap̃it dilecto amicabil'r. dilectꝰ ꝓ dilecto expo- nit ſua audacter. Et iſta ⁊ plura alia xp̃s dilecto ſuo iohãni oñdit multipliciter. Dilectus meꝰ mihi ⁊ ego illi. dicebat xp̃s Cant. ij. ¶ Tertia cã dilectiõis / ỽtus ⁊c. Iſta eſt ỽa dilectio ſicut dic̃ Tulliꝰ lib. de amicitia / dicẽs. ꝙ ỽtus amicitiã gignit: nec ſine ỽtute dilectio ỽa eſt. vñ Tullius ibi nomĩat multos: marcũ catonẽ / ſcipio nẽ: quos ipſe ꝓpter virtutes dilexerat. et ariſt. ij. rheto. dic̃. ꝙ bonoꝝ eſt amare bo nos. tal' ẽ dilectio q̃ fundat̃ ĩ bona ỽtute

hoc eſt dictu. diligo hoīem q: virtuoſus ⁊
bonus. talis dilectio magis et fortiꝰ ligat
ꝙ dilectio que eſt inter affines et conſan-
guineos. Rationē aſſignat valeriꝰ vbi di
cit: ꝙ talis cōſanguinitas vel affinitas eſt
a fortuna: ſed amicitia amicoꝝ eſt ex volū
tate ⁊ bonitate ⁊ induſtria. Talis dilectio
multa bona facit hoī: in quo qñ bonus di
ligit bonū. qñ amicus amicum. qñ virtuo
ſus virtuoſum diligit. qm̄ talis primo dili
gens illuminatur.
Illuminatur per gratiam.
Deum imitatur per obedientiam.
Mors euitatur per ſententiam.
Saluabitur per gloriam.
Per gratiā. j. Joh. ij. Qui diligit fratrē ſu
um in lumine manet. in gratia dei. ī lumi
ne anime. Scdo talis diligēs/ deū imita-
tur. j. Joh. iiij. Diligamus deum: qm̄ ipſe
prior dilexit nos. et ibidē poſt pn. ca. Dili
gamus nos inuicē: q: charitas ex deo eſt.
hoc eſt ex precepto dei. Tertio amicūs di-
ligēs ꝓximū amicū euitat ſnīam mortis.
j. Joh. iij. Qui non diligit: manet in mor-
te. Quarto amicus ſaluabit per gloriam.
Mat. x. ⁊. xx. Qui pſeuerauerit in dilectio
ne: vſq̄ in finē ſaluus erit. Si vnq̄ aliq̄s
factus eſt virtuoſus ꝑ virtutē: debuit eſſe
dilectus. btūs iohānes fuit ille q̄ fuit vir-
go pius iuſtus humilis electus ex milibꝰ.
Virum de mille vnum repperi. Eccl's. vij.
Ubi apparet ꝙ beatus iohannes fuit ele
ctus et repertus vnus de mille
In bonitate virtuoſa.
In charitate precioſa.
In caſtitate gratioſa.
Fuit em̄ ipſe vnus: non varius: non diui-
ſus. conſtans/ firmus in fide. Melior eſt
vnus timēs deū ꝙ mille impij. Eccl'i. xvj.
Iſte electus ex milibꝰ qualis fuit? Reſpō
detur ⁊c. magnus fuit
Propter grandem fidelitatem.
Propter miram puritatem.
Propter eximiam ſanctitatem.
Propter voluntariam paupertatem.
Propter veram humilitatem.
Fidelitas iſtiꝰ apl'i erga deū. Fidelis ſer-
uus dei et prudens: qualis eſt amicus ad
amicū. ſeruus ad dn̄m. īferior ad ſuperio-
rē. iō electꝰ ad multa. Eccl'i. xlv. In fide. i.
in fidelitate ⁊ lenitate ipſius ſanctū fecit
illū: et elegit eū ex oī carne. Itē fuit ſecun
do electus ⁊c. de eiꝰ maxima puritate ha
betur in vita ipſius: ⁊ ꝓpter puritatē fuit
electus. Ecce (inq̄t xp̄s) puer meꝰ electus:
quē elegi: ⁊ poſui ſup eū ſpiritū meū. Eſa.
xliij. Itē fuit electus ⁊c. et oēs populi. ꝓ
pter hoc pari modo elegit nos ante mūdi
cōſtitutionē: vt eſſemus ſancti. ſicut dicit
apl's Ephe. j. Et de iſto iohanne ſctiſſimo
Numeri. xvj. Quecunq̄ elegerit dn̄s: ipſe
erit ſctūs. Quarto electus ⁊c. quales erāt
apl'i. Nonne deus elegit pauperes in hoc
mundo: diuites in fide ⁊c. Jac. ij. Iſti reli
ctis oībꝰ ſecuti ſunt xp̄m. quapropter ele-
cti fuerūt ſicut dicit ſaluator Joh. xv. Ego
elegi vos de mūdo: et poſui vos vt eatis:
et fructū afferatis: ⁊ fructꝰ veſter maneat.
Quinto electus ꝓpter humilitatē. et pro
pter iſtā virtutē multi fuerūt a deo electi:
ſicut dauid/ ſamuel/ daniel/ ⁊ dei genitrix
virgo: de qua. Elegit eā deꝰ ⁊ preelegit eā.
de btō Johāne euāgeliſta electo a xp̄o: ac
cedat qd̄ ſcriptū eſt in pſ. lxiiij. Btūs quē
elegiſti ⁊ aſſumpſiſti in apl'm ⁊ euangeli-
ſtā: inhabitabit in atrijs tuis. in aīa. ī cor
pore in celis. Itē elegit eū ad vidēdū trāſ
figurationē ieſu xp̄i. In ſuſcitatione puel
le. Itē ad ſciendū ſecreta multa de myſte
rio ſanctiſſime trinitatis. Itē ad prenun-
ciandū tribulationes eccleſie. in Apocal'.
Itē ad portādū fidele teſtimoniū de mul-
tis q̄ acciderūt in morte ſaluatoris. ſicut
De lateris xp̄i apertione.
De capitis inclinatione.
De matris commendatione.
Certe iſte nō fuit electus ad ſupradicta ꝓ
pter cōſanguinitatē: nec propter nobilita
tē ſicut multi hodiernis tpibus eligūtur.
Uñ elegit iohannē/ ⁊ iacobū/ ⁊ cognatos
ſuos ad cuſtodiam eccleſie: ſed magis pe
trum. Beatus igitur quem elegiſti ⁊c. Cu-
ius electionis ⁊c. Amen.

¶ De ſancto Johāne euāgeliſta. Ser. iij.

VIdit illum diſci
pulum quē diligebat. Joh.
vlti. Inter diſcipulos chri-
ſti talem video driam.
Aliq̄ ſunt ordinati ad ſequē
dum vitam apoſtolicam.
Aliqui ſunt ſignati ad ſcribēdum doctri-
nam euangelicam.
Aliqui ſunt deſignati ad obſeruādam di-
ſciplinam saluificam.
¶ Primi diſcipuli fuerunt merito ⁊ num e

ro duodecim apl'i in gradu ⁊ ſtatu apl'ico
cōſtituti: de quibus Luc. vj. Elegit duode
cim quos apl'os noīauit. Iſti etiā vocati
fuerūt diſcipuli. Mat. xxvj. Diſcumbebat
cū duodecim diſcipulis ſuis. Iſti fuerunt
fundamenta ciuitatis hierl'm. Apoc. xxj.
¶ Itē ſecūdo aliqui ſignati ⁊c. Iſti fuerūt
quattuor euangeliſte ſcriptores euangeli
ce doctrine: figurati ꝑ quattuor animalia
plena oculis. Apoca. iiij. de quibus Eſaie
viij. Signa legē in diſcipulis meis. ꝙ q̄li
bet iſtoꝝ habeat quattuor alas: quattuor
manus: quattuor greſſus. Ezechiel'. j. eaſ-
dē: quales ſancti euangeliſte quadrati ſo-
lidi et virtuoſi: habētes quattuor alas al
te cōtēplationis: quattuor facies honeſte
cōuerſationis: quattuor manus ſctē ope-
ratiōis: q̄ttuor greſſus deuote affectiōis.
¶ Tertio aliqui aſſignati ſunt ⁊c. Iſti fue
rūt. lxxij. quos deſignauit dn̄s ieſus xp̄s:
et miſit illos binos ante faciē ſuā in oēm
ciuitatē ⁊ locū ⁊c. Luc. x. In iſtis fuit
Diſciplina mentis informatiua.
Diſciplina morum correctiua.
Diſciplina verboꝝ ordinatiua.
De iſta diſciplina loquit btūs Bern. O ꝙ
cōpoſitum reddit oēm hoīs ſtatū diſcipli
na. ceruicē ſubmittit: ſupercilia ⁊ vultum
cōponit: ocl'os ligat. moderat linguā: gu-
lā refrenat: irā cedat: inceſſum format. In
talibus diſciplinati fuerūt diſcipuli: et ſic
veri diſcipuli a diſciplina dicti. De nume
ro iſtoꝝ extitit beatus iohannes
De numero apl'oꝝ predicator autēticus.
De numero euāgeliſtaꝝ ſcriptor veridicꝰ.
De numero diſcipulorum amator diſcipli
ne magnificus.
Quem vidit et approbauit redemptor no
ſter dei patris filius: quia vidit illū diſci-
pulū quem diligebat. Ubi oñditur iſtius
Bonitas approbata. vidit illum.
Sanctitas bene diſciplinata. diſcipulū.
Charitas priuilegiata. quem diligebat.

Prima pars.

¶ Quātum ad primum
apparet ꝙ redemptor mundi/ qui diligit
omnia que ſunt: ⁊ nihil odio habet: iſtum
diſcipulū multipliciter vidit pre alijs ſan
ctis. vtpote
Uidit maiori virginali perfectione.
Uidit maiori familiari dilectione.
Uidit maiori ſingulari dormitione.
Uidit maiori alta conuerſatione.
Uidit maiori vera informatione.
Uidit maiori certa communione.
Uidit maiori precioſa commiſſione.
¶ Primo ⁊c. vt dicat ſibi deus: qui ipſum
elegit. Uidi te quaſi angelū. Heſter. xv. et
merito quaſi angelum vidit eum: quia vir
ginitas ſoror eſt angelorum: ſicut dicit Cy
prianus. per quam homines angelis aſſi
milantur. ſicut dicit Ambro. et ſctūs Hie-
rony. In carne preter carnem viuere: non
terrena vita: ſed angelica eſt. quia ſcriptū
eſt Matth. xxij. Neq̄ nubent: neq̄ nubē
tur: ſed erūt ſicut angeli dei in celo. vt iſte
dignus apoſtolus virgo eſt electus a chri
ſto. vnde venerabilis Beda ſuper Lucam.
Sicut chriſtus in ſua pace natus eſt vt ſe
pacem diligere oſtenderet: ita de virgine
natꝰ eſt vt ſe virginale decus diligere oſtē
deret. In huius ſignum voluit virginem
matrem: virginem precurſorem: virginem
familiarem iohānem euangeliſtam. Iſte
fuit magis angelicꝰ viſus a domino ꝙ hu
manus in vita ſua: propter decus virgina
le fecit eum dignum multis priuilegijs:
vtpote
Angelorum conformitate.
Jeſu xp̄i familiaritate.
Matris xp̄i fideli ſocietate.
Amare mortis immunitate.
Sue carnis incorruptibilitate.
Reſurrectionis celeritate.
Carnis integritate.
¶ Primo ⁊c. nam per virginitatē fuit con
formis ſpiritibꝰ angelicis: q̄ natura ſunt
virgines. Secundo ⁊c. quoniam virgini-
tas fecit eum familiarem et amabilē chri
ſto: qui hāc prerogatiuam caſtitatis dici-
tur meruiſſe. Tertio ⁊c. bñ ſatis dicit Hie
rony. A domino virgine/ mater virgo/ vir
gini diſcipulo dicitur commēdata. Quar-
to ⁊c. nam ſicut dicit Hierony. in prologo
ſuper Johannē: ſicut ipſe fuit a corruptio
ne carnis extraneus: ita fuit a dolore mor
tis alienus. Quinto ⁊c. nam pie creditur
ꝙ ſuum corpus nō fuit incineratum neq̄
corruptum. Sexto ⁊c. pie creditur a mul-
tis ſicut dicitur ꝙ ex priuilegio ſpeciali re
ſurrectio in corpore credit celebrata. Se-
ptimo ⁊c. qm̄ ad virginitatem perfectam
requiritur integritas carnis.
¶ Tertium principale ⁊c. ſcriptum eſt. in-
ter ceteros magis dilectus fuit. ergo vide

te qualem charitatem dedit iſti charo ſuo
iohanni.j.Johãnis.iij. Cuius charitatis
ſiue dilectionis multa ſigna apparuerũt.
vtpote inter alios ſanctos dei in vita pre
ſenti.

Primum ſignum familiaritas gratioſa.
Secundum liberalitas copioſa.
Tertium virginitas precioſa.
Quartum ſagacitas luminoſa.
Quintum voluntas exequioſa.
Sextum patientia et vita penoſa.
Septimum in tormentis preſeruatio fa-
moſa.

¶ Primum ſignum ⁊c̄. fuit enim iſte ſuper
omnes ieſu chriſto familiaris valde: qua
propter multa reuelauit ſibi ſecreta. ſicut
myſterium ſancte trinitatis in lib. ſui euã
gelij. futuras tribulationes eccleſie ſacro-
ſancte in lib. reuelationum. Electis ami-
cis atq; dilectis talia communiter reuelã
tur. Secundum ſignum ⁊c̄. ſiquidem cha-
ritas non querit que ſua ſunt. ⁊ charitas
facit omnia communia. et omnia iſta ten
dunt ad liberalitatem: cuius conditionis
ſunt iuuenes magis ꝙ̄ ſenes: qualis exti
tit iſte Johannes. Talis inquit chriſtus:
eſt dilectus meus: et ipſe eſt amicus meꝰ.
Canticoꝝ.ij. Dilectus meus mihi: ⁊ ego il
li. dilectus meus rubicundus: electꝰ ex mi
libus. Tertium ſignum ⁊c̄. virginitas illi-
bata facit amicum dei. ſcriptũ eſt. Qui di
ligit cordis mundiciam: habebit amicum
regem. Prouerb. xxij. Quartum ſignũ ⁊c̄.
ſiquidem ſapiẽtia que fuit in eo: amicum
dei cõſtituit. Impleuit eum dominus ſpi
ritu ſapiẽtie ⁊ intellectus. Eccli. xv. Quin
tum ſignum ⁊c̄. tales voluntarie obedien
tes ſunt dilecti a deo. Vos amici mei eſtis
ſi feceritis ⁊c̄. Joh. xv. Sextum ſignũ ⁊c̄.
Iſte tantũ dilectus a domino/ propter di
lectionem fuit patiẽtiſſimus: ſed vita ſua
multũ penoſa: immo flagella exiliũ inco-
latum ſuſtinuerit longum: ⁊ varias tribu
lationes: et amicus dei appellatꝰ eſt. Se
ptimum ſignum ⁊c̄. corpus enim ſuum le
di non potuit: immo fuit reſeruatum

Ab olei feruentis incendio.
A veneno mortifero.
A vermium corroſione.
A carnis incineratione.

Grandia ſunt iſta ſigna in aliquo alio nõ
inuẽta. nempe dilexit eum in vita: in mor
te: et poſt mortem. ergo fuit vera dilectio:
non ficta: nec ſimulata.

¶ Tertium principale. quoniam chriſtus
vidit eũ ⁊c̄. Unde de eius dormitione ſeu
felici conſummatione ſunt varie opinio-
nes. Prima opinio dicentium ꝙ non eſt
mortuus: ſed vt quidam dicunt: viuus ſe-
pulcrũ ingreſſus eſt: ſed in ſepulcro in ter
ra dormit quaſi mortuus. Et aſſumunt ſi-
bi argumẽtum/ quoniam ibi terra ſcatu-
rit manna. Hoc improbat beatus Augu.
dicens/ ꝙ non pro magno munere tam lõ
gum ſomnum chriſtus iohanni donaſſet:
cum petrum per gloriam martyrij ab one
re carnis abſoluit. Secũda opinio que di
cit ꝙ iohannes iſte adhuc viuit vſq; ad fi
nem mũdi/ quando chriſtus venturus eſt
ad iudicium: et tunc helias et enoch occi-
dẽtur per antichriſtũ. ſed iſta opinio nul-
lam ex ſcripturis habet autoritatem. Ter
tia opinio ꝙ iohãnes manſit in vita vſq;
quo venit chriſtus ad flagellandũ iudeos
per Titum et Veſpaſianum romanoꝝ im
peratores. et hoc fuit poſt mortem aliorũ
apoſtolorum. Quarta opinio ꝙ cõpletis
vite ſue annis nonagintanouẽ: vere mor-
tuus eſt. ad quem venit chriſtus cum om-
nibus ſuis diſcipulis inuitans eum dulci
ter ad epulas. et notantur in floribus ver
ba ſibi dicta per chriſtũ. etiam verba que
ipſe reſpondit. Quinta opinio ꝙ ipſe in
corpore ⁊ anima glorificatus/ dicitur eſſe
aſſumptus. hoc pie creditur preſertim cũ
nihil de ſuo corpore reperiat̃ in terra: nec
in ſepulcro: vt merito iſte diſcipulꝰ dicat.
In carne mea videbo deum meum. Job
xix. dicat ergo ſibi chriſtus per iſtum arti-
culum. videte Joh. v.

¶ Quartum principale ⁊c̄. fuit enim vita
ſua alta. quapropter merito aquile cõpa-
ratur. Job. xxxix. Ad preceptum tuum ele
uabitur aquila: ⁊ in arduis ponet nidum
ſuum. In petris manet. in preruptis ſili-
cibus commoratur: atq; inacceſſis rupi-
bus. Inde contemplatur eſcam: et delon-
ge oculi eius proſpiciunt. In vita cõtem-
platiua qualis fuit vita iſtius euangeliſte
eleuabitur aquila viua ad dominum con
templando. nam ſicut dicit Iſido. vita cõ
templatiua mundo renunciãs ſoli deo va
cat: et in ſolo deo quieſcit ⁊ delectatur. cõ
templatur etiam vitam perfectorum: ⁊ ge

ſta ſanctorum. Aquila in arduis facit ni-
dum. Nidus iſtius aquile iohannis in ar
duo poſitus eſt. nidus euãgelium/ vbi ar
dua pertractantur preſertim in principio
regiſtratur ſancte trinitatis myſteriũ. In
principio erat verbum. Nonne creationis
exordium. omnia per ipſum facta ſunt. de
inde incarnationis faſtigium. verbum ca
ro factum eſt. Auguſti. ſuper Johannem.
Tranſcendit iohannes oĩa cacumina mõ
tium: omnes campos aeris: om̃es altitu-
dines ſiderum: omnes choros ⁊ legiones
angelorum: niſi enim tranſiret omnia que
creata ſunt: non perueniret ad illum per
quẽ omnia facta ſunt. ¶ Sed poteſt que-
ri quare iſte diſcipulus apoſtolus et euan
geliſta/ ad modũ aquile extitit eleuatus.
Reſpondetur ibi ſciendum ꝙ nihil eleua
tur niſi ſit

Purum.
Subtile.
Leue.

Purum ſine carnali concupiſcentia.
Subtile ſine carnali ſuperbia.
Leue ſine temporali ſubſtantia.

Verum ꝙ nonnulli qui habent alas mil-
ui: aliqui alas ſtrutionis. Primo aliq̃ ha-
bent alas milui: ſicut ſunt illi qui viuunt
de preda. de alieno. de male acq̃ſitis. Ali-
qui alas ſtrutionis: q̄ auis habet corpus
magnũ et paruas alas. tales ſunt qui ha-
bent multitudinem peccatorum: et ad de
um volare nõ poſſunt. Aliqui alas perdi-
cis qui volant iuxta terrã: quales ſunt cu
pidi terreni et auari: qui multo plus ſe oc
cupãt in terrenis ꝙ̄ in celeſtibus ſeu in di
uinis. Aliqui alas corui: qui ſup cadaue-
ra volant. quales ſunt carnales lubrici et
inuidi. Non ſic beatꝰ Johannes: ſed ſicut
aquila grandis magnarum alarum. Eze-
chiel. xvij. Merito grandis aquila iohan
nes ad modum aquile: que habet in vola
tu arduitatem: ⁊ in viſu acuitatem: in vo
latu celeritatem. quales fuerunt apoſtoli
preſertim iohannes: qui ad modum aqui
le alte volauit ſuper omnes: qm̃ vſq; ad ce
lum trinitatis. vnde ceteri euangeliſte de
terreſtribꝰ locuti ſunt: ſed iſte in terra po-
ſitus celeſtia vidit et intellexit. Sanctiſſi
mi viri a terrenis eleuati fuerunt cũ apo-
ſtolo Philip. iij. dicẽtes. Noſtra conuerſa
tio in celis eſt. Itẽ ad modum aquile cele
riter volantis: et infatigabiliter ad deum
volauerũt et cucurrerunt. Eſa. xl. Sancti
qui ſperant in domino mutabunt fortitu
dinem: aſſument pennas ſicut aquile: cur
rent et non laborabunt: ambulabunt et
non deficient.

¶ Quintum p̃ncipale. nam iſte fuit viſus
pre ceteris maiori informatione. Nec mi-
rum: qm̃ iſte in quadruplici ſchola tanꝗ̄
perfectus diſcipulus fuit inſtructꝰ: ⁊ ſan-
ctiſſime informatus. vt

In ſchola celica.
In ſchola angelica.
In ſchola virginea.
In ſchola dominica.

¶ Prima ſchola cõſiſtoriũ ſancte trinita-
tis: in qua didicit. In principio erat ver-
bũ ⁊c̄. quod eſt principiũ ſui euãgelij. In
illa ſchola etiã didicit: ꝙ tres ſunt qui te-
ſtimonium dant in celo: pater/ verbum/ ⁊
ſpirituſſanctus. in ſua canonica ſcripſit. j.
Joh. v. Secunda ſchola eſt ſchola angeli
ca. nã archãgelus michael ſignificauit ſi-
bi de ſchola angelorum: que debẽt fieri ci
to. Apoca. j. Et mirabiles viſiones eidem
dicitur oſtendiſſe: qm̃ vidit xp̄m in carne
veſtitum et humanitate. Apocal. j. Vidit
celum apertum et reſeratum. Apoca. iiij.
Vidit librum apertum et ſcriptum ⁊ ſigil
latum. Apoca. v. Et poſtmodũ vidit equũ
album/ nigrum/ et pallidum. In equo al-
bo xp̄i mundicia: et in nigro peccati mali
cia. In pallido demonis aſtutia demon-
ſtratur.

Vidit populum conquerentem.
Vidit ſolem nigrum exiſtentem.
Vidit xp̄m in cruce patientem.
Vidit angelos tubicinantes.
Vidit angelos phialas proijcientes.
Vidit mulierem ſicut reginã coronatam.
Vidit ſedem excelſam et honoratam.
Vidit ciuitatem muratam et ſolidam.
Vidit aquam currentem lucidam.

Tertia ſchola virgo maria: q̄ fuit ſibi ſub
cuſtodia cõmẽdata: que ipſum multũ in-
formauit de myſterijs atq; ſecretis. Quar
ta ſchola gremium dominici corporis. nã
ſcriptum eſt. Fluenta euangelij de ſacro
pectoris fonte potauit. Hic eſt diſcipu-
lus qui teſtimonium perhibet de his:

et ſcimus quia verū eſt teſtimoniū eius.
Qualis diſcipulus:
Diſcipulus quadruplici ſchola ꝓbatus.
Diſcipulꝰ declinādo terrenā poſſeſſionē.
Diſcipulꝰ fugiendo carnalē affectionem.
Diſcipulꝰ relinquēdo ꝓpriā volūtatem.
Diſcipulus ſpūi carnē ſubijciendo.
Diſcipulus deum et xp̄m diligendo.
De primo Luc.xiiij. Qui nō renūciat oi-
bus que poſſidet: non pōt meus eſſe diſci
pulus. De ſcđo et tertio ibidē. Si qs ve-
nit ad me: ⁊ non odit patrē ſuū et matrē
et vxorem ⁊ filios ⁊ fratres ⁊ ſorores: ad-
huc aūt et aīam ſuam: non pōt meus eſſe
diſcipulus. De quarto ibidē. Qui non ba
iulat crucē ſuā/ſpūi carnē ſubijciēdo: nō
pōt meus eſſe diſcipulꝰ. Idē Matth. x. ⁊
xvj. ⁊ Mar. viij. De quinto Joh. xiij. In
hoc cognoſcēt oēs q diſcipuli mei eſtis:
ſi dilectionē habueritis adinuicē. De vlti
mo Johā. viij. Si manſeritis in ſermone
meo: vere diſcipuli mei eritis.
¶ Sexto fuit viſus etiā qm̄ participat in
gradu aliquo cū omnibus ſctīs. Dicit ſi-
quidē. ipſe iohānes fuit
Angelus in vita per puritatē et ſctītatē.
Patriarcha in eccleſia epheſina per di-
gnitatem.
Propheta in apocalipſi ꝑ varias reue-
lationes.
Apoſtolus cū ceteris ſuſtinendo perſecu
tiones.
Euāgeliſta precipuꝰ veraciter ſcribēdo.
Martyr egregius in vita nō tm̄ moriēdo
Doctor qui p̄dicauit doctrinā veridicā.
Confeſſor q non negauit fidē catholicā.
Uirgo qui conſeruauit vitam caſtam et
angelicam.
Ergo q ſicut honoratꝰ/valde a nobis eſt
honorādus. vt ſibi dicamꝰ cum Anſelmo
Sctē iohānes/tu ille Johēs vnꝰ de ma-
gnis aplīs dei. de magnis principibꝰ re-
gni dei. diſcipule pietatis/altiſſime euā-
geliſta dei ad te exorādū venimꝰ: q tu es
ille iohānes quē diligebat ieſus.
¶ Septimo viſus fuit ⁊c. Iſta fuit ſingu
laris vna prerogatiua conceſſa iohanni
ſuper oēs alios apoſtolos dei/ cōmiſſio
cuſtodie matris dei. Ubi ſciendū ꝙ ſuꝑ
oēs alios/iohānes habuit iſtas ſingula
res prerogatiuas: que ſequunt: vtpote
Cum patre dei grata ſocietas.
Cum filio dei ſingularis affinitas.
Mortuus ſine violentia.
Decoratus duplici gloria.
Prima ꝓrogatiua ⁊c. Xp̄s exiſtēs in cru-
ce cōmendauit iohanni matrē ſuam. ita
ꝙ fecit matrē ſuam/matrē iohannis: et
iohannē filium matris ſue. per v̄ba q di-
xit xp̄s. Mulier ecce filius tuus. et filio.
Ecce mater tua. O quale cōſortiū. qualis
familiaritas. qualis amor. quale vīculū.
Joh. grata ſocietas. floridus aſpectus.
Scđa ꝓrogatiua ⁊c. Joh. ſingularis fra-
ter xp̄i intimus. q filiꝰ matris ſue. Qua-
lis affinitas. qualis attigentia. fraterni-
tas/qlis eſt reuera cauſatiua magni amo
ris. O ꝙ honorādus. ꝙ laudādus iſte io
hānes: q meruit eſſe ſingularis filiꝰ mr̄is
dei: ⁊ ſingular frater filij dei: qđ non fit
aliꝰ qualiſcūq. Tertia ꝓrogatiua ⁊c. Ce
teri aplī cū grādi violētia. cū dolore gui
martyrizati ſunt. Petrus ⁊ andreas cru-
cifixi. Jacobꝰ maior ⁊ Paulꝰ capite trun
cati. Bartholomeꝰ excoriatꝰ. Jacobꝰ mi-
nor de pīnaculo tēpli p̄cipitatꝰ. ⁊ alij gla
dialr ſunt occiſi. Sed iſte affectꝰ ſenio/ſi-
ne dolore: ſine violētia in dn̄o obdormi-
uit. nō corruptꝰ: nō incineratus: nō leſus
duplici ſtola aīe ⁊ corporis/ī celo glorifi-
catus eſt. Cuius glorie nos participes fa
cere dignetur: qui viuit ⁊ regnat per infi
nita ſeculoꝝ ſecula. Amen.

¶ In feſto ſancti Johānis euange
liſte. Sermo. iiij.

MUlier ecce fili- a
us tuus. Joh. xix. ca. origi-
naliter verbū ſcribit nunc
aſſumptū. Hodie ſctā ma-
ter eccl'ia facit feſtū de bea
to iohāne euangeliſta: q licz ſm̄ carnem
fuerit nepos virginis glorioſe: et cogna-
tus chriſti: tamen xp̄s in corpore manēs/
eum matri ſue in filiuz adoptauit: dicēs.
Mulier ecce filius tuꝰ. Pro cuiꝰ thema-
tis declaratione introductiua/ eſt notan
dum ꝙ xp̄s ieſus dei et virginis filiꝰ/ ex
quo per incarnationē incepit habere ma
trem ſine patre in terris: ſicut patrem ha
bebat ſine matre in celis: quia non venit
ſoluere legem: ſed adimplere. Matth. v.
cum eſſet preceptum in lege. Honora pa
trem tuū et matrem tuam: vt ſis lōgeuus
ſuper terrā. Exodi. xx. cū non haberet niſi
matrē carnalē in terris: multū fuit ſollici

tus circa honorem matris ſue. ſ. virginis
glorioſe: quod patuit ſingulariter in duo
bus: in quibus celauit honorem matris.
Primo in ſua deſponſatione.
Scđo in filiali adoptione.
¶ Primo voluit ſeruare matris honorem
in ſua deſpōſatione. Pro quo debetis ſci-
re ꝙ eſt queſtio inter doctores ⁊ precipue
ſancti Tho. in vlti. par. ſum. q. xxix. art. j.
quare xp̄s voluit ꝙ mr̄ ſua eſſet deſponſa
ta: cum deſponſatio ad carnalē copulā or
dinetur: ⁊ mater dei nunꝙ voluerit carna
liter viri copula vti: eo ꝙ hoc derogaret
virginitati mentis ipſius. Ad qđ reſpōde
tur ꝙ virginē habuiſſe ſponſum nō dero-
gat eius virginitatis voto: qm̄ lz ipſa emi
ſiſſet votum virginitatis: conſenſit tamen
ſponſo ſuo ioſeph: non in copulam carna
lem: ſed in ſocietatē maritalem. ⁊ talis cō
ſenſus facit matrimoniū eſſe verū. quia ſi
cut dicit Aug. matrimoniū nō facit copu
la carnalis: ſed pactio cōiugalis. Et ſatis
veriſimile eſt ꝙ deꝰ vtriq reuelauit ꝙ de
bebant inſimul virgines permanere. Et ſi
forte dicat ꝙ ipſa virgo conſenſerit in co
pulam carnalem. intelligendum eſt ꝙ nō
conſenſerit abſolute: ſed ſub cōditione. vi
delicet ſi deus hoc vellet. et ſm̄ hoc etiam
B dicendū eſt ꝙ vouit conditionaliter: ⁊ nō
abſolute. ¶ Quare autē voluit ꝙ mr̄ ſua
deſpōſaretur: pōt aſſignari triplex cauſa.
Prima eſt q ꝑ hoc ꝙ erat deſponſata red
debatur immunis a pena: ne. ſ. lapidare-
tur a iudeis tanꝙ adultera: vt Hiero. di.
Scđa cauſa eſt: q ipſa erat virgo verecū
da: ideo indigebat ſibi viro matrimonia-
liter cōiuncto: ne tanꝙ adultera infama-
retur. et ideo dicit Bern. ſuper miſſus eſt.
Quis aūt eā videns non deſponſatā: ⁊ tm̄
grauidā nō potius crederet meretricē ꝙ
virginem. Nō debebat hoc dici de matre
dei. tolerabilius em̄ et honeſtius fuit pu-
tari xp̄m ad tēpus de coniugio natū fuiſ-
ſe: ꝙ de fornicatione. Hoc etiā ceſſiſſet in
dedecus et infamiā maximā xp̄i: q ſpuri-
us reputaret: et in excuſationē perſequen
tiū: et ideo dicit Ambro. ſuꝑ Lucā. Quid
iudeis: quid herodi poſſet aſcribi: ſi natū
viderētur ex adulterio ꝑſecuti. Tertia cau
ſa eſt: q ipſa erat ſola: iō indigebat fideli
ſocio: a quo et ante partum: et in partu: et
poſt partū aſſociaretur: et a laboribus re-
leuaretur. Et Hiero. ſuper Mat. ponens
iſtam rationem/ ⁊ aliquas alias dicit. De
deſponſata concipitur xp̄s: vt fugiens in
egyptū haberet viri ſolatium. Et ſic patz
quō xp̄s dei filius et virginis/multū fuit
ſollicitus: ⁊ curam geſſit de matre: ⁊ ideo
voluit eam deſponſare et propter honorē
ne diffamaretur. et propter ſeruitiū ſolati
um et laborē vt iuuaretur. Et in hoc xp̄s
fecit iuxta conſilium ſapientis Prouerb.
in. c. j. Audi fili mi diſciplinā patris tui: ⁊
ne dimittas legez matris tue. ſ. de matre C
honoranda: et de eius cura gerenda.
¶ Scđo dei et virginis filiꝰ xp̄s ieſus ſol-
licitudinem et curam geſſit de matre in fi
liali adoptione. nā xp̄s exiſtens in cruce:
conſiderans ꝙ pater ſuus putatiuus Jo
ſeph/ſue matris ſponſus cuſtos ⁊ ſeruus
et ex hac luce migrauerat: ipſe etiam qui
erat eius filius naturalis: et de ea curam
gerens: erat in breui ab ea per mortem ſe
parandus: vt ipā haberet aliquem ſpecia
lem conſolatorem ⁊ familiarem ſeruitorē
cuſtodem ⁊ protectorē ſui: tradidit ei bea
tum Johannē euāgeliſtā: cuius hodie fe-
ſtum recolimus: in filiū adoptiuū dicēs.
Mulier ecce filius tuꝰ. deinde dicit diſci-
pulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora acce-
pit eam diſcipulus in ſuam. quaſi ſuā ha-
bens matrē. vel in ſua poteſtate: vt magi
ſter dicit in hiſtorijs ſcholaſticis. Sz poſ
ſet obijci nūquid virgo maria poſt mortē
xp̄i nō erat cū oībus apoſtolis: ⁊ oēs ſibi
ſeruiebant: Reſpondet ꝙ ſic. ſed iſte. ſ. io
hānes ſpecialem eius curam habebat: vt
idem magiſter dicit. Et iſtud fecit xp̄s ra-
tione noſtri/et ratione matris. Rōne no-
ſtri: vt diſcamus ⁊ inſtruamur ſm̄ Chryſ.
vſq ad vltimam reſpirationē habere cu-
ram parentum. Et ideo dicit Aug. Docet
nos dn̄s vt a pijs filijs impendatur cura
parentibus. Itē ex parte virginis: vt ali-
quam cōſolationem reciperet de omiſſio-
ne filij/ex cuſtodia fidelis diſcipuli. Pro-
pter has ergo cauſas/xp̄s exiſtens in cru-
ce: tradidit beatū iohannem in filiū ado-
ptiuū beate virgini matri ſue: dicēs. Mu
lier ecce filius tuus. quod fuit thema. In
quibus verbis xp̄s duo facit.
Primo matrem ſuam vocat noīe genera-
li dicēs: mulier. in prima ꝑte thematis.
Scđo cōmēdat eā btō iohāni adoptione
legali dicēs: ecce filius tuus. in ſecunda
parte thematis.

Prima pars.

¶ Dico primo ꝙ xp̄s ie-
ſus imperator et rex ac conditor legis ma
trē ſuā vocat nomine generali dicens: mu
lier. Pro quo poteſt queri quare xp̄s voca
uit matrē ſuā noīe generali di. mulier. pro
quo poſſunt queri tres queſtiones.
Primo quare non vocauit eam virginē.
Scđo quare non vocauit eam matrem.
Tertio quare vocauit eam mulierem.
D ¶ Prima queſtio eſt quare chriſtus nō vo
cauit matrem ſuam virginē: dicendo. Vir
go ecce filius tuus. Ad quod reſpondetur
ꝙ miraculorum dei quedam ſunt de qui-
bus eſt fides: ſicut miraculū virginei par
tus. ſ. ꝙ fuerit ſimul mater et virgo. et mi
raculum reſurrectionis: et ſacramenti al-
taris: ideo dn̄s voluit iſta occultiora eſſe:
vt fides eorum magis meritoria eſſet. ver
ba ſunt ſancti Tho. in vlti. par. q. xxix. ar.
j. in ſolutione ad ſcđm argumentū. ⁊ ideo
ſi ipſe vocauiſſet eam virginem: publicaſ-
ſet illud quod debebat eſſe occultū. Item
etiā potuiſſet eſſe occaſio: ne crederent ip
ſum eſſe verum hominem. Cum enim pu-
tarent ipſum eſſe filium ioſeph ⁊ marie: ſi
ipſe vocaſſet eam virginem: opinati fuiſ-
ſent ipſum non eſſe filium eius: cum virgi
nem parere ⁊ habere filium ſit ſupra natu
ram. Et ideo dicit beatus Augu. in epiſto
la ad Voluſianum. Ipſa dei virtus per in
uiolata matris virginea viſcera/membra
infantis eduxit: que per clauſa oſtia mem
bra viuentis introduxit. Huius ſi rō que-
ritur: nō erit mirabile. ſi exemplum poſci-
tur non erit ſingulare. Qr ergo hoc eſt mi
raculū ſingulare ꝙ virgo peperit iuxta di
ctum Eſa. vij. Propter hoc dabit dn̄s ipſe
vobis ſignum. Ecce virgo concipiet: et pa
riet ⁊c. Et iō debuit eē occultū: ꝓpter qđ
xp̄s noluit hec reuelare vocādo eā v̄ginē.
¶ Secunda queſtio eſt quare nō vocauit
E eam matrem: cum eſſet mater eius: ⁊ quā
tum ad humanitatem: et quantum ad di-
uinitatem. Quantū ad humanitatē/bea-
ta maria fuit vera ⁊ naturalis mater chri
ſti: quia corpus chriſti non eſt de celo alla
tū: ſicut Valentinus hereticus poſuit: ſed
de virgine matre ſumptū: et ex puriſſimis
eius ſanguinibus formatū: prout dicit da
maſcenus. iij. ſenten. Et licet beata virgo
in ipſa conceptione nihil actiue operata
fuerit: ſed ſolam materiam miniſtrauerit
qđ ſolum requiritur ad rationem matris:
ideo beata virgo eſt vere mater chriſti. et
ideo ſcribitur Matth. j. Cum eſſet deſpō
ſata mater ieſu maria ioſeph ⁊c. Item eti
am beata virgo eſt mater chriſti quantum
ad deitatē: et dicitur mater dei. Licet em̄
non inueniat̄ expreſſe in ſcriptura dictū/
ꝙ beata virgo ſit mater dei: inuenitur ta-
mē expreſſe in ſcriptura: ꝙ ieſus chriſtus
eſt verus deus: vt patet. j. Joh. vltimo. et
ꝙ beata virgo eſt mater ieſu chriſti: ſicut
patet Matth. j. vnde ſequitur ex neceſſi-
tate ex verbis ſcripture ꝙ ſit mr̄ dei. Dici-
tur etiam Roma. ix. quia ex iudeis eſt ſm
carnem xp̄s: qui eſt ſuper omnia deus be-
nedictus in ſecula. eſt vere natus ex bea-
ta virgine ſicut ex ſua matre. Hoc etiā de-
clarat Cirillus in quadam epiſtola cōtra
neſtorium reſpondendo ad eius obiectio
nem/dicit ſic eā ſoluens. Sicut hominis
anima cum ꝓprio corpore naſcitur: ⁊ tāꝗ̄
vnū reputatur. Et ſi voluerit dicere quiſ-
piam quia eſt genitrix carnis: non tamen
anime genitrix. hoc eſt nimis ſuperflue lo
qui. Tale aliquid geſtū percepimus in ge
neratione chriſti. natum eſt em̄ ex dei pa-
tris ſubſtantia verbum dei. quia vero car
nem aſſumpſit: neceſſe eſt confiteri ꝙ na-
tū eſt ſm carnem ex muliere. hec Cirillus.
Et ſic dicendum eſt ꝙ beata virgo eſt ma-
ter dei. non quia ſit mater diuinitatis ſed
quia perſone habentis diuinitatem ⁊ hu
manitatem eſt mater ſm humanitatem.
Hoc etiā patet ex capitulis Cirilli appro-
batis in epheſina ſynodo. Cum ergo bea-
ta virgo ſit mater chriſti: q̄ eſt deus ⁊ ho-
mo: quare non vocauit eam matrē: dicēs.
mater ecce filius tuus. Reſpondetur ⁊ di
citur/ꝙ cum ſm phm̄ in predicamen-
tis in ca. de relatione: relatiua ſunt ſimul
natura tempore et diffinitione. ⁊ relatiua
poſita ſe ponunt: et perēpta ſe perimunt.
Cū beata virgo diceret̄ mater reſpectu ip
ſius xp̄i filij ſui: cum eſſet ipſe iam in mor
tis articulo: per cuius mortem reſpectus
ille tollebatur. et licet adhuc nō eſſet mor
tuus: quia tamē parū diſtabat a morte. ⁊
quia quod parū diſtat: quaſi nihil reputa
tur: vt dicit phs in. ij. Phyſ. iō non voca
uit eā matrem: ſed noīe cōi. ſ. mulier.
¶ Tertia queſtio eſt quare vocauit eā mu F
lierem: cum ſit nomen cōmune: dicēs. mu

lier ⁊c. Item etiā Joh. ij. Quid tibi et mi
hi eſt mulier? Reſpondetur ꝙ vt predica
ret: et oſtenderet honorem magnum colla
tum mulieribus: inquātum ex muliere na
ſci voluit. Honorauit enim vtrunqꝫ ſexū.
Humanam enim naturam in maſculino ſe
xu aſſumpſit: et ne ſexus femineus contē-
neretur: carnem aſſumpſit de femina. Et
ideo dicit Augu. in lib. de agone xp̄iano.
Nolite voſipſos contemnere viri: filiꝰ dei
virum ſuſcepit. Nolite voſipſas cōtemne
re femine: filius dei natꝰ eſt ex femina. Et
ideo quia in ip̄a omnes mulieres honora
bantur: ideo chriſtus ſepe eā vocabat mu
lierem. ⁊ ideo angelus dixit ei. Benedicta
tu in mulieribus. Luc. j. Et ad denotādū
hunc honorem ſexus: dicit apoſtolus ad
Gala. iiij. Miſit deus filium ſuum factuꝫ
ex muliere: factum ſub lege ⁊c. Vel etiam
poteſt dici ꝙ vocauit eam mulierem ex eo
ꝙ ſapiens prophetauerat de beata virgi-
ne: ꝙ eſſet mulier fortis: et inueniret̄ pro
cul. Prouerb. in. c. vlti. Et quia beata vir-
go tempore paſſionis/fuit non ſolum for
tis: ſed fortiſſima. quia omnes apoſtoli re
licto chriſto fugerunt: et perdiderūt fidē:
ipſa v̄o nunꝗ̄ ab eo fuit ſeperata: et ſem-
per fuit fortis in fide: ⁊ ideo quia ſapiens
dixit. Mulierem fortē quis inueniet? Di-
xit chriſtus in paſſione. ego inueni. ſ. ma-
trem meam. et ideo propter hāc virtutem
voco eam mulierem: dicendo. mulier ecce
filiꝰ tuus. Dic moraliter quomodo ex hoc
multum obligātur viri et mulieres ad ho
norādum chriſtum: qui eſt vir: et beatam
virginem que eſt mulier. ſed eſt contrariū
qr immo vituperātur ⁊c. Et hoc de p̄mo.

Secunda pars.

G ¶ Dixi ſecūdo principa-
liter ꝙ in verbis thematis p̄aſſumpti xp̄s
ieſus matrem ſuam commendat beato io
hanni adoptione legali: dicēs. ecce filius
tuus. Pro quo notādum ꝙ ſm iura quat
tuor modis aliquis poteſt dici filius alte
rius: vt ptꝫ cuilibet iura intuenti. de iſta
q̄druplici filiatiōe ī p̄ſenti ītēdo ptracta-
re: iō debetis ſcire ꝙ q̄druplex eſt filiatio.
Prima eſt per gn̄ationē naturalem. in ca.
queritur cur patriarcha. xxij. q. ij.
Scđa per regenerationem ſpūalem. in. c.
oēs quos in pn̄ia. xxx. q. j.
Tertia eſt per adoptionē legalem. in cap̄.
ita diligere debet homo. xxx. q. iij.
Quarta per nutritionē perſonalē. in. c. ſi
cut hi. §. neceſſe eſt. diſt. xlvij.
Iſtis quattuor modis reperio ꝙ btā vir-
go habuit quattuor filios.
Primus filius eſt ieſus xp̄s per naturalē
generationem.
Secundus eſt ſanctus iohānes baptiſta
per ſpiritualem regenerationem.
Tertius eſt ſanctus iohannes euāgeliſta
per legalem adoptionem.
Quartus eſt deuotus chriſtianus per per
ſonalem nutritionem.
¶ Dico primo ꝙ primus filiꝰ virginis eſt
ieſus xp̄s per naturalē generationē. Pro
quo notandū ꝙ xp̄s ieſus eſt filius virgi
nis glorioſe p naturalē gn̄ationē. Habuit
eū qr de ſuis viſceribꝰ generauit. Rom̄. j.
Qui factꝰ ē ei ex ſemine dauid ſm carnē.
Ex hoc em̄ hr̄ ꝙ btā v̄go ex ꝓgenie dauid
duxit originē. Si em̄ xp̄s ſm carnē ex ſe-
mine dauid natꝰ ē: ⁊ cū ī carne xp̄i nō fue
rit niſi ſemē v̄ginis: manifeſtū ē ip̄m ex ſe
mine dauid deſcēdiſſe. Nō ſolū hoc oñdit̄
ex ap̄lica autoritate: ſꝫ etiā ex teſtificatio
ne eccl̄ie: q̄ errare nō pōt. ait em̄. Natiui-
tas gl̄ioſe v̄ginis marie ex ſemīe abrae or
ta de tribu iuda clara ex ſtirpe dauid. Oñ
dit̄ etiā hoc ex voce ip̄iꝰ dauid ꝓphete ex
hortātis vt gabrieli aſſentiat: ⁊ dicēt ꝑ pš.
xliiij. Audi filia ⁊ vide: ⁊ icli. au. tuā. Hoc
etiā oſtēdit̄ ex moyſaica lege: ſm quā oēs
mulieres nubere debebāt hoībꝰ tribꝰ ſue.
Iſtud aūt ītelligit̄ qn̄ mr̄ fratrē nō habe-
bat. tūc em̄ nubere nō poterāt: niſi hoībꝰ
tribꝰ ſue. Qr igit̄ btā v̄go fratres nō habe
bat: iō alicui de tribu ſua eā nubere opor
tebat. ⁊ iō cū ioſeph de tribu dauid fuerit
ipſaꝫ ſil̄r de eadē tribu fuiſſe manifeſtū ē.
Qr igit̄ btā v̄go fuit mr̄ xp̄i: ⁊ ip̄e filiꝰ eiꝰ
p naturalē gn̄ationē: ideo ex hoc habuit
duo p̄uilegia. Primū ꝙ ſup ip̄m filiū ha
buit materne autoritatis īperiū. vn̄ dicit̄
Luc. ij. ꝙ ip̄e. ſ. xp̄s filiꝰ erat ſubditꝰ illis.
Sup q̄ dicit Aug. Hoc ſingulariter illa fe
mina habuit: vt ſibi habeat naſcēdi hūa-
nitate ſubditū: quē non ſolū hūana: verū
etiā angelica natura venerat̄ ⁊ adorat al
tiſſimū deū. Scđm p̄uilegiū eſt iſtud: ꝙ
ipſa virgo debuit ſublimari ad filium: ſi-
cut filius deſcendit ad matrem. et ideo di
cit Damaſcenus. Decuit matrem ad fili-
um ſublimari: vt ad ipſum aſcendat ſicut

ad ipſam deſcēderat: vt que in partu ſer/uauit integritatē: poſt mortē non videret corruptionē. Et de iſto filio: qꝛ eſt filius dei/et filius ꝟginis: magnam habet bea ta virgo ꝑrogatiuā. ſicut dicit beatus Bernarđ. magna eſt ꝑrogatiua marie: vt vnū eundem filiū cum deo patre me/ruit habere cōem. Seruiēt ei. ſcilꝫ beate virgini et filio eius. ſcꝫ xp̄o /omnes gen/tes. Hierem. xxvij.

H ¶ Secundus filius beate virginis fuit btūs Johānes baptiſta per regeneratio/nē ſp̄ualem. Aliqua em̄ đꝛ mater ſp̄ualis alicuius: cū aliquē de ſacro fonte baptiſ/mi leuauit. Sic beata virgo beatū iohā/nem baptiſtā baptizauit non baptiſmo fluminis: ſed flaminis: ſicut dicit Chryſo ſtomus. Cū em̄ maria ſalutauit elizabeth vox ſalutationis ꝑ eius aures ingrediēs: ad puerū deſcēdit. virtute cuiꝰ ſalutatio/nis/puer ſp̄m ſanctū accepit. vt dixit eli/zabeth. Ecce em̄ vt facta eſt vox ſalutatio nis tue in auribus meis: exultauit ī gau/dio infans in vtero meo. Illa aūt talis ex ultatio fuit ſp̄uſſancti repletio: ꝓut an gelus predixit. Spirituſancto replebit adhuc ex vtero matris ſue. Per illā autēꝫ repletionē ſp̄uſſctī meruit a pctō origina li mundationē. Si ergo ad vocem ſaluta tionis marie/puer ſp̄uſancto eſt repletꝰ: et ex tali repletione puer a pctō originali fuit mūdatus: ſatis vr̄ ꝙ beate marie ſpi ritualis filiꝰ fuit effectus. qꝛ per ſpiritū ſanctū per eā fuit baptizatus. Ex his ptꝫ ꝙ iohānes in vtero exiſtēs virtute ſaluta tionis beate marie quattuor ꝑrogatiuas accepit. Primo exultationē. ſcđo a pecca to originali mūdationē. tertio ſp̄us ꝓ/phetie repletionē: quia ꝑ ſp̄m ſanctū co/gnouit deū. quarto ꝓphie collationē: qꝛ matri et patri ꝓphetie gratiā dedit: per quā matrē dei cognouerūt. Et qꝛ tot bo/na beatus iohānes baptiſta recepit ꝓ/pter matrē ſp̄ualem in ſua regeneratiōe: dixit ſibi beata virgo mater ſua ſpiritua/lis: Recordare fili quia recepiſti bona. Luce in cap̄. xvj.

I ¶ Tertiꝰ filius btē ꝟginis marie fuit bea tus iohānes euāgeliſta per adoptionē le/galem. fuit em̄ filiꝰ eius ꝑ imperialē ado/ptionē. Imperator em̄ celeſtis in tribunali crucis exiſtēs: publico edicto beatū iohā/nem euāgeliſtā matri ſue in filiū adopta/uit/dicens. Mulier ecce filius tuus. ⁊ de iſto ad litterā intelligitur thema nr̄m. Ex iſta aūt adoptione/tria priuilegia habe/re iohānes ꝓmeruit. Primū eſt qꝛ factus eſt gabrielis archāgeli ſocius. vt ſicut ille datus erat illi vt inuiſibiliter cuſtodiret eā: ita et iſte vt forinſecus fragilitati fe/minee obediētie ſue miniſteriū exhiberet ⁊ nō immerito: qꝛ ꝟgo fuit et purꝰ: et ꝓ pter virginitatē meruit fieri ſociꝰ archā/geli: qꝛ ꝟginitas ſoror ē angelorꝝ. vt inq̄t Hierony. Et etiā meruit eſſe cuſtos virgi nis: quia matrē virginē virgini cōmēda/uit. Secundū priuilegium eſt: qꝛ per hoc factus eſt ꝟbo dei magis vicinus: quia vt ibidē Petrus damiani dicit. quāto iohā/nes familiarior cū matre ꝟbi cōuerſatur: tanto vicinior ꝟbo inuenit. Ipſe em̄ fuit multū familiaris filio. ptꝫ qꝛ ad oīa ſecre ta eū admiſit. Item etiā qꝛ ꝓditorē ſuū reuelauit: et ſupra pectus eiꝰ recubuit. di cit de familiaritate eius. etiā multū fuit familiaris matri. ipſe fuit cū ea iuxta cru cem. ipſe fuit quaſi ſemꝑ cum ea: et inſtā/te morte ꝟginis primus inter apl'os qui ad eā venit: fuit iohānes: ⁊ ei beata virgo mortē ſuam: ⁊ apparitionē archāgeli nū/ciauit: et corpꝰ ſuum cōmiſit. et iō potuit ſibi dicere beata virgo. Fili tu ſemꝑ me/cum es. Luc̄. xv. Tertiū priuilegiū eſt: qꝛ factus eſt quadā ſpeciali ꝑrogatiua fra ter xp̄i adoptiuus: et iō dicit idem Petrꝰ K damiani. qm̄ ab ipſa veritate iohannes marie dictꝰ eſt filiꝰ: quadā ſpeciali gratia frater eſt ſaluatoris. Idē petrꝰ damiani. Sicut dn̄s dixit matri. Hic eſt filius tuꝰ. ſic dixit diſcipulis. hoc eſt corpus meum. Et tantus fuit ī illis ꝟbis effectus: vt ili/co panis ille/dominicum fieret corpꝰ. Ex quadaꝫ itaq̄ſ ſimilitudine ſi dicere audea mus: beatus iohānes nō ſolū filiꝫ potitꝰ eſt nomine: ſed ꝓpter illa ꝟba dominica quoddā maius neceſſitatis ſacramētum apud beatā ꝟginē meruit obtinere. Quia ergo xp̄i frater fuit: ⁊ virginis filiꝰ credaꝫ virtute ſacramenti. iō meruit cum xp̄o: et virgine in corpore et aīa (vt pie credit̄) in gloria collocari. Hic hiſtoriam mortis eius. propter qđ poteſt dicere beata ꝟgo de eo. Hic eſt filius meus dilectus: ī quo mihi complacuit. Matth. iij. cap̄. Mar. .j. ⁊ Luce. iij.

¶ Quartus filius beate virginis eſt qui/libet chriſtianus deuotus per perſonalē nutritionē. Mulier enim que nutrit ali/quem puerū: licꝫ non genuerit ipſum: di citur eius mater: ⁊ ipſe eius filius: quia educat et erudit euꝫ. Sic beata virgo eſt mater oīm chriſtianorꝝ: quos educat cor/poraliter et erudit ſp̄ualiter. nam ſm̄ An ſelmū/nihil deus nos habere voluit: qđ per manus marie non tranſiret. omnium enim bonorum mater eſt. Sapien. vij. et ideo dicit ſibi eccleſia quotidie. Mōſtra te eſſe matrem. qđ verbū eſt multum effi/cax ſi cū deuotione dicatur ei. dic miracu lum de hoc. vn̄ ipſa poteſt dicere omnibꝰ nobis. Filioli mei quos iterum parturio Galath. iiij. ⁊c. Et ſic eſt finis. Deo grās.

¶ In feſto ſancti Blaſij epiſcopi et martyris. Sermo.

A Ecce homo ī hieruſalem: cui nomen ſymeō. Luce in cap̄. ij. et in euāge/lio heſterne feſtiuitat̄. Ho norabiles domini in feſtiui tate heſterna commemorauimus de quo dam bono et virtuoſo homine: ⁊ vocaba tur ſymeon: et hic erat ſacerdos legalis ī hieruſalē hiſtorica: in feſtiuitate hodier/na cōmemoramus de quodam ſancto ho mine. ſcilꝫ ſancto Blaſio: et hic erat alter ſymeon ſacerdos euāgelicalis in hieruſa lem allegorica. Et qꝛ inter ſanctū ſymeo/nem ſacerdotē legalē hiſtoricū: ⁊ beatum blaſium ſacerdotē euangelicū allegoricū reperio aliquas ſimilitudines/et conue/nientias: ideo de btō Blaſio ſumpſi iſtud thema. Ecce homo in hieruſalem ſcilꝫ al/legorica que ē eccl'ia catholica ſcilꝫ beatꝰ Blaſius: cui nomē ſymeon. ¶ Et ꝓ dedu ctione materie thematis/reperio ꝙ ſy/meon ſacerdos hiſtoricus: de quo loquit̄ euangeliū heſternum: habuit tria in qui/bus ſibi aſſimilatur beatus blaſius ſacer dos et epiſcopus euangelicus. Symeon hiſtoricus habuit

Primo operationē manualem.
Scđo reuelationē celeſtialem.
Tertio interpretationē nominalem.

Prima pars.

¶ Dico primo ꝙ ſymeō ſacerdos legalis et hiſtoricus: de quo lo/quitur euangelium heſternum: habuit operationem manualem: que fuit iſta: ꝙ portauit xp̄m in manibus. vn̄ in euan/gelio heſterno legitur: ꝙ cum inducerēt in templū puerū ieſum parentes eiꝰ: acce pit eū ſymeon in vlnas ſuas: ⁊ benedixit deū et dixit. Nunc dimittis ſeruū tuū do mine ⁊c. Ita ꝙ officium ſacerdotij eius fuit portare xp̄m in vlnis ſuis vel in ma/nibus ſuis. Cum ſymeone ſacerdote lega li et hiſtorico conuenit noſter ſymeō bea/tus Blaſiꝰ ſacerdos euāgelicus et allego/ricus. nam portauit xp̄m in manibus .i. in ſuis operationibꝰ: qđ requirebat offi/cium ſui ſacerdotij et ep̄atꝰ. ¶ Et pro iſta materia loquendo moraliter: nouerit̄ ꝙ ſacerdotes et ep̄i euangelici: de quorum numero fuit btūs Blaſius: debent porta re xp̄m quadrupliciter

Primo ſicut aſina.
Scđo ſicut crux. B
Tertio ſicut maria.
Quarto ſicut ſymeon.
Primo ſicut aſina cum pondere et onere per clementiam et pietatē.
Scđo ſicut crux cū penitētia et aſꝑitate.
Tertio ſicut maria cū fide et credentia.
Quarto ſicut ſymeon per operationem perfectam.

Inuocaui et venit in me ſpiritus ſapiētie. Sap. vij. et in epl'a hodierna ſm feſtū hodiernum ⁊c. Sancti doctores theologi tēporibus iam lapſis conſiderātes ſniām ſalomonis dicentis Sap. vij. c. Unus introitus eſt oībus ad vitam: et ſimilis exitus. Et ꝙ eodem modo naſcūtur ⁊ moriūtur reges et potentes ſicut alij. Nemo em̄ ex regibꝰ aliud habuit natiuitatis initiū. Sapientie in eodē cap̄. ꝓpoſuerūt in cordibus ſuis ꝙ vna ſemel anteq̄ ſe darēt erroribus peccatoꝝ: quererēt ⁊ perquirerēt ſapientiā: et illā ſecum haberēt. de numero iſtoꝝ fuit ſalomon qui Eccl'i in ca. vlti. loquitur in hec verba. Cū adhuc eſſem iunior: priuſq̄ oberrarē q̄ſiui ſapiētiā palā in orōne mea. Si quid contigit: ſancti doctores queſierunt ſapientiā in mari: et nō inuenerunt. in terra: et non inuenerūt. in abyſſo: et nō inuenerunt. vnde flendo/et cū dolore: q: ſapientiā non poterant inuenire: faciunt queſtionē que ſcribitur Iob xxviij. Sapientia vbi inueniꝛ: et quis eſt locus intelligētie? Neſcit homo precium eius: nec inuenitur in terra ſuauiter viuētium. Abyſſus dicit. nō eſt in me. et mare loquiꝛ. nō eſt mecū. Iſti queſtioni reſpondet quidā maximꝰ doctor theologus glorioſus Iohānes euāgeliſta Apoc. in. c. v. ſic dicens. Uidi in dextera ſedentis ſupra thronū librū ſcriptū intus: et foris: ſignatum ſigillis ſeptē. Sed vere ego qui ſum conſocius veſter: flebā multū ſicut ⁊ vos: et propter eandem cauſam ſicut ⁊ vos: q: nemo fuit inuentꝰ in celo: nec in terra: nec ſubtus terrā qui poſſet aperire librū. Sācti doctores dicunt ꝙ iſte liber eſt ſapientie diuine. ſ. ſacre ſcripture: q̄ eſt ſcriptꝰ intus ꝓpter ſenſum ſpūalē. foris quantum ad ſenſum litteralē. Per ſeptem ſigilla intelligūtur ſeptem dona ſpūſſancti. Finaliter ſm hiſtoriā btī iohānis/liber fuit aptus. Et certe poſſum cōtēplari: ꝙ ſpūſſanctus: qui eſt doctor ⁊ magiſter ſacre theologie: aperuit iſtū librū ſapiētie diuine. ſ. ſacre ſcripture. Iſte eſt ille magiſter quem chriſtꝰ dixit diſcipulis ſuis vt doceret eos theologiā. Cū aūt venerit ille ſpūs veritatis: docebit vos oēm veritatem. Ioh. xvj. Iſte eſt ille magiſter: ꝑ quē loquūtur oēs

ſancti doctores theologie. Spūſctō inſpirati locuti ſunt ſancti dei hoīes. ij. Pet. j. Certe iſte aperit librū ſacre theologie/ ſapiētie diuine. ⁊ vocat oēs doctores: et loquit eis in hūc modū. Vos eſtis q̄ cū magno deſiderio querebatis ſapiētiā: veniatis ad me: qꝛ ego aperui librū et theſaurū ſacre ſapientie: in quo theſauro habeo ſeptē iocalia. ſeptē dona: quibus volo vos dotare: et iō petite mihi de iſtis iocalibꝰ: et ſine dubio dabo vobis. vñ dic̄ eis ſpūſſctūs illud qđ ſcribit Job. xvj. Petite ⁊ accipietis: vt gaudiū vrm ſit plenū. Sed videatis (dicit ſpūſſanctus) ꝙ nulli ſimul oīa dona darē: nec intēdo dare: niſi tātūmodo ꝓcioſiſſime anime ieſu xpi. vñ btūs Greg. dicit. xxix. li. moral. ꝙ nullus hoīm habuit oīa dona ſpūſſancti: niſi ſolꝰ ieſus xps. Nullꝰ ẜo hoīm operationes ſpūſſancti ſimul oēs habuit: niſi ſolus mediator dei ⁊ hoīm: cuius eſt idē ſpūs: q̄ de patre ante ſecula ꝓcedit. hec ille. His cōſideratis: poſſum loq̄ ego doctori glorioſo ſctō thome in hec verba. Doctor glorioſe/ vos eſtis vnus de magiſtris et doctoribꝰ theologie: ſpūſſctūs q̄ eſt doctor ⁊ magr̄ theologie ſuper oēs fecit multa dona: et multi ab eo petierunt et receperunt. Et ſi bñ cōſidero: aliqui receperunt

Alij donum ſapientie ſicut ſalomon.
Alij donum fortitudinis ſicut ſamſon.
Alij donum conſilij ſicut ſamuel.
Alij donum pietatis ſicut abraam.
Alij donum intellectus ſicut iohannes.
Alij donum ſcientie ſicut iacob.
Alij donum timoris ſicut iob.

Vos doctor glorioſe dicatis nobis: qđ donū petiuiſtis a ſpūſctō: vel qđ donū ab eo recepiſtis? Et certe doctor glīoſus iſti petitioni nobis rñdet ꝑ verba incepta: Inuocaui ⁊ venit in me ſpūs ſapiētie. Et certe venerādi dñi/ ſi bene cōſidero: iſta petitio quā fecit iſte doctor glorioſus ſpūiſancto: eſt multū conueniēs ⁊ neceſſaria: qm̄ petitio cōiter fit de re deſiderata: vl' de re per quā hō pōt obtinere deſideratū. Et ſi bene ꝯtēplor nihil eſt qđ tantū deſideret creatura rōnalis: ſicut cōſequi vltimū ſuum finē: qđ eſt vita eterna. qꝛ ẜm ꝙ dicit iſte doctor glorioſus. j. ij. q. j. art. vj. creatura rōnalis oēs actiones ſuas ordinat ī vltimū finē. Itē etiā qꝛ ad hunc finē. ſ. ad cōſequēdū vitā eternā/ facta eſt. iō magiſter ſen. lib. ij. diſt. j. Fecit deus rationalē creaturam que ſummum bonum intelligeret: et intelligendo amaret: et amando poſſideret: ⁊ poſſidēdo frueret. hec magiſter. Modo ego dico ꝙ donū ſapiētie eſt valde neceſſariū ad conſequendū iſtū vltimū finē. ſ. vitā eternā. Sctī doctores diffiniēdo ſapiētiā dicūt ſic. Sapiētia eſt diuinarū humanarūq̜ rerū cognitio. Ex iſta diffinitione pꝫ ꝙ iſta ſapientia eſt neceſſaria ad cōſequendū finē vltimū. ſ. vitā eternā. qꝛ hec eſt vita eterna vt cognoſcant te ſolū verum deū: et quē miſiſti ieſum xpm. Job. xvij. Amplius. ſi ſapientia eſt humanarū rerū cognitio. ergo ꝑ ſapiētiā conſequimur illa q̄ iuuāt nos ad vitā eternam. Expreſſe dicit magr̄ ſen. lib. j. diſt. j. et allegat Aug. ꝙ vſus ⁊ cognitio creaturarum iuuat nos ad cōſequēdū vltimū finē. ſ. vitā eternā. Ecce ergo quō donū ſapiētie eſt nobis valde neceſſariū: qꝛ ꝑ illud cōſequimur vltimū finē. ſ. vitā eternā. Et certe reperio ꝙ adhuc in rebus ciuilibꝰ eſt valde neceſſaria ſapientia: et ſpecialiter quantum ad duo.

Primo ad regendum et gubernandum.
Scđo ad prouidendū et defendendum.

¶ Dico primo ꝙ ſapiētia eſt neceſſaria ad regēdū et gubernādū. Et ſi bene cōſidero neceſſariū eſt ꝙ hō ſciat regere ſeipm̄. Et cā eſt. deꝰ eñ creauit vnū hoīem ſicut vnū regnū: in quo poſuit intellectū ſicut regē. memoriā ſicut reginā. volūtatē tanꝙ ciuitatē. Et iō ad hoc ꝙ hō regnū iſtud bñ regat: indiget ſapiētia. Legit in li. de vitis phorū ꝙ Socrates fuit interrogatꝰ quid erat hō ſine ſapientia. Ipe rñdit. ꝓuincia ſine rege. Pro tāto dicūt doctores: ꝙ ī regibus et principibꝰ debet eſſe ſapiētia. qꝛ nō ſolū habēt regere ſeipos: ſꝫ ſe et alios. vnde dicit phs. iij. Poli. c. vij. ꝙ ſapiētia eſt ꝓpria virtus ꝑncipis. Iō ſalomon volēs tractare de ſapiētia: ſtatim quaſi ī ꝑncipio lib. ꝓponit eis dicens. Ad vos ergo reges ſunt hi ſermones mei: vt diſcatꝭ ſapientiā: ⁊ ne excidatis. Sap. vj. Recitat ī policratico. ħ eſt Johāne ſareſberieñ. lib. iiij. ꝙ rex debet eſſe ſicut citharedus. qꝛ ſicut cithareda chordas oberrātes compellit: alias trahendo: alias remittēdo: et ſic ad dulcem armoniā reducit. ita princeps in populo chordas que ſunt in inſtrumēto. ſ. populum qui eſt in ciuitate errātes:

alios debet trahere per iuſticiam ⁊ rigoroſitatē: alios debet remittere per clemētiā et pietatē. Et tunc certe faciet dulcē armoniam. i. in populo erit dulcis cōcordia: qꝛ ẜm ꝙ dicit Aug. lib. x. de ciuita. dei et recitat verba ſcipionis: qđ eſt armonia ī cātu: eſt concordia in populo. Veruntñ princeps vel rex ī trahēdo vel remittēdo iſtas chordas: indiget magna ſapientia. Indiget ſapiētia ne nimis trahat chordas per iuſticiā et rigoroſitatem: ſic ꝙ faciat iuſticiam ſine mīa: qꝛ chorde frāgerētur. Indiget ſapientia ne chordas nimis remittat per clementiā et pietatem: ſic ꝙ faciat miſericordiā ſine iuſticia: qꝛ chorde nullū ſonum facerent. Attamē dicūt doctores: ꝙ lꝫ multas virtutes debeat habere ꝑnceps vel rex: tñ maxime debet habere virtutem mīe et pietatis: ẜm ꝙ multū bene tractat Seneca in lib. de clemētia ad neronē. iō ſcribitur Prouerb. xx. Mīa ⁊ veritas cuſtodiūt regem: et roboratur clemētia thronus eius. vnde Ouidiꝰ de ponto ſic dicit verſum quendam. Regia crede mihi: res eſt ſuccurrere lapſis. Ecce ergo ꝙ ſapientia eſt valde neceſſaria: et maxime regibus et principibus: et hoc ad regendū et gubernādum. Ideo dicitur eis Sap. vij. Si ergo delectamini ſedibus ⁊ ſceptris o reges populi: diligite ſapiētiam. Itē etiā ſapiētia eſt neceſſaria prelatis eccleſiaſticis: qui non ſolū habēt ſeipſos regere: ſed et ſuos ſubditos. vnde glo. ſuper illo verbo. ij. Paral. j. Da mihi dñe ſapientiam ⁊ intelligentiam ⁊c. dicit ſic. Nō aurum: nō diuitias: non terrenam gloriam ſalomon a deo petijt: ſed vt ſciat populum dei regere et iudicare. Si hoc elegit rector corporū: multo magis hoc eligere debent rectores animarum: vt ingreſſum ad fidem: et egreſſum ad ſpem populo dei demōſtrēt. hec gloſa.

¶ Dico ſecundo ꝙ ſapientia eſt valde neceſſaria ad prouidendum et defendendū. Scđm phm et Senecā/ ad ſapientē pertinet videre preſentia: et intelligere preterita: prouidere futura. Nā qui ſic nō prouident ducūtur ad interitum. vnde de talibus ſcribitur Baruch. iij. Qm̄ nō habuerunt ſapientiam: perierunt propter ſuam inſipientiam. Item ſapiētia eſt valde neceſſaria ad defendendū contra inimicos. Nā quātūcunq̜ homo ſit fortis: bñ armatus: et benē munitus: ſi ſapiētia careat: nihil valet. vnde qñ principes faciunt facta armoꝝ cū ſapiētia: bene eis aduenit. ſi ſine ſapientia: male. Unde ſeneca loquens de principibus romanis epl'a. xcij. ⁊ habetur in policraton lib. iiij. ita inq̄t. Romanos principes aut duces dū eoꝝ reſpublica viguit: nō memini extitiſſe illitteratos. Sed ex quo in principibus lāguit virtus litterarū: armate militie infirmata eſt manus: et ipſiꝰ principatus quaſi preciſa radix. hec ille. Et cā iſtoꝝ eſt: qꝛ nulla cōmunitas ſine ſapiētibus pōt regi. ideo ſcribitur Sap. vj. Multitudo ſapiētū ſanitas eſt orbis terrarū. In cuiꝰ ſignū narrat Iſido. etymol. lib. j. c. xxiiij. ꝙ demoſthenes orator ꝯ philippū regē tali fabula vſus ē. Cū philippꝰ rex athenīēſes obſideret: poſtulauit vt ſibi decē oratores darentur: et diſcederet ab obſidione. Et demoſthenes tali fabula rñdit. Lupi videntes ꝙ paſtores erāt vigilātes in cuſtodia ouiū: ſuaſerunt vt in amicitia cōuenirēt: ea tñ conditione ꝙ canes qui erāt cā iurgioꝝ: iure illis traderētur. q̄bus paſtores annuerūt: et perditis canibꝰ lupi ſeuierūt in oues: et totum gregē lacerauerūt. A ſimili dixit demoſthenes philippo: paſtores dederūt canes qui erāt cuſtodes ouiū: et perditis canibꝰ: perdiderūt oues. Sic et nos ſi daremus tibi ſapientes: perderemus ſapientiā: q̄ eſt cuſtodia ciuitatis: et ꝑdita ſapiētia ꝑderemꝰ ciuitatē. Ecce ergo quō donū ſapiētie eſt valde neceſſariū ad ꝓuidendū et defendēdū. De ciuitate iſta loquit (al's videt) ꝙ poſſit ītelligi illud qđ ſcribitur Eccl's. ix. Ciuitas parua ⁊ pauci ī ea viri. Venit ꝯ eā rex magnꝰ: ⁊ vallauit eā: extruxitq̜ munitiones ꝑ gyrū ⁊ ꝑfecta eſt obſidio. Inuētuſq̜ eſt ī ea vir paup ⁊ ſapiēs: et liberauit vrbē per ſapiētiā ſuā. Et certe etiā ſi bene volo cōtēplari: ſapiētia eſt neceſſaria in oībꝰ rebꝰ. Narrat cōmētator ſuper poetriā prudētij: ꝙ antiq̄ phi ⁊ amatores ſapiētie ſapientiā ſic depingebant. Erat eñ imago pulcherrima virginea: circulo coronata: in quo ſic ſcriptū erat. Sapiētia ē regulatiua plebiū. Habebat faciē ſerenā ⁊ pulchrā: in q̄ ſic ſcribebat. Sapiētia ē reformatiua caſuū. Habebat ī manu ſceptrū: ī quo ſcribebat. Sapiētia ē expugnatiua hoſtiū. Habebat pectꝰ igneū: in q̄ ſcribebat. Sapiētia ē ꝯſolatiua triſtiū.

Quid eſt hoc dictu: quid eſt ꝙ ſapientia
eſt imago pulcherrima: niſi ꝙ eſt ĩ ſe mũ-
da ⁊ ſine macula. Eſt candor lucis eterne
et ſpeculũ ſine macula. Sap̄. vij. Quid ꝑ
hoc ꝙ eſt imago virginea: niſi ꝙ ſapien-
tia in nullo eſt corrupta: ſed in oĩbus ſin
cera. Eſt em̄ vapor virtutis dei: et emana
tio quedã eſt claritatis oĩpotẽtis dei ſin-
cera. Sap̄. vij. Quid eſt ꝙ eſt circulo co-
ronata: niſi ꝙ ſapiẽtia eſt circulus: cuius
centrũ eſt vbiqꝫ: cuius idẽ eſt finis et pri
cipiũ. Attigit a fine vſqꝫ ad finẽ fortiter
Sap̄. viij. Quid ꝙ ibi ſcribebat. ſapiẽtia
eſt regulatiua plebiũ. niſi ꝙ ſapiẽtia oĩa
diſponit. oĩa ordinat. omnia regulat. oĩa
conſiliat. Ego ſapiẽtia habito in cõſilio.
Prouer. viij. Quid ꝙ in facie ſcribebatur
ſapiẽtia eſt reformatiua caſuũ. niſi ꝙ res
quaſi perditas reformat et reparat. Pre-
parauit orbem in ſapiẽtia ſua. Hiere. lj.
Quid ꝑ hoc ꝙ in ſceptro ſcribebat. ſapiẽ
tia eſt expugnatiua hoſtiũ. niſi ꝙ quãtũ-
cũqꝫ hoſtes ſint armati et muniti: per ſa-
pientiã homo ab eis ſe defendit. Melior
ẽ ſapiẽtia q̃ arma bellica. Eccl's. ix. Quid
per hoc ꝙ in pectore ſcribebat. ſapiẽtia ẽ
conſolatiua triſtiũ. niſi ꝙ ſapiẽtia ſemꝑ
triſtes conſolatur. Letatus ſum in oĩbus
qm̄ antecedebat me iſta ſapiẽtia. Sapiẽ.
vij. Ecce ergo quõ donũ ſapientie in om-
nibus rebus eſt neceſſariũ ſiue in rebus
mũdanis: ſiue in ſpũalibꝰ. Pulchrum er-
go iocale et donũ petijt doctor glorioſus
a ſpirituſancto. ſ. ſapientiã: ſciens ꝙ per
iſtud donũ debebat conſequi ſuũ vltimũ
finem: ſcilꝫ vitam eternam: quã ipſe ni-
mis deſiderabat. Modo videamꝰ ex quo
iſte glorioſus doctor petijt a ſpũſancto
donũ ſapiẽtie et obtinuit: videamus in-
quã quomodo in eo viguit. Si bene ſcri-
pturarũ ſeriẽ conſidero: nõ reperio purũ
hoĩem in quo tantũ viguerit donũ ſpũſ-
ſancti ſcilꝫ ſapiẽtie ſicut in ſalomone. Et
certe ego dico ꝙ iſte ſctũs doctor lumino
ſus Thomas eſt recte ſalomon: ĩmo etiã
plus q̃ ſalomõ. Ecce plus q̃ ſalomõ hic.
Mat. xij. Regulã habemus a nr̃o ſalua-
tore: ꝙ qñ aliqua pſona eſt equalis ĩ vna
ꝓprietate ⁊ maior in alia: non tm̄mõ po
teſt dici equalis illi: ſed et maior. vñ quia
iohãnes baptiſta ꝓphetauit de xp̄o ſicut
et alij ꝓphete: de eo dixit. hic eſt iohãnes
ꝓpheta. Sed q: ipm̄ digito demõſtrauit
et nõ alij ꝓphete: ideo de eo ſubiũxit. et
plus q̃ propheta. Matth. xj. ⁊ Luce. vij.
Modo certe ego dico ꝙ iſte glorioſus do
ctor ſctũs Thom̄. eſt equalis ſalomoni: ⁊
eſt plus q̃ ſalomon.

Eſt plus q̃ ſalomon in vita ⁊ ſanctitate.
Eſt equalis ſalomoni in ſciẽtia et ꝟitate.

¶ Primo nãqꝫ eſt plus q̃ ſalomon in vi-
ta et ſanctitate. Nã certe ſi eius vitam et
actus ꝯſidero: reperio ꝙ in vita et actibꝰ
ſuis eſt alter ſalomõ: ⁊ plus q̃ ſalomon.
¶ Primo nãqꝫ eſt equalis ſalomoni ĩ ge-
nealogia. Narra eius progeniem quomõ
eſt ex regibus et impatoribꝰ. et in hoc eſt
equalis ſalomoni. Sed plus q̃ ſalomon
eſt in theologia. Certe malus theologus
fuit ſalomon: ſaltem quantũ ad actũ. ma
le ſtuduit. iij. ſniarum in diſt. ix. de adora
tione latria. Nam ipſe fuit idolatra. Sed
iſte glorioſus ſemꝑ fecit adorationẽ la-
triam. et de iſta multa determinat in ter-
tio ſententiarum.

Etiã eſt equalis ſalomoni in inchoando.
Sed eſt plus q̃ ſalomõ in perſeuerãdo.

¶ Primo enim fuit ſalomon inchoando.
Legimus de ſalomone ꝙ habuit bonum
principiũ. Et certe iſte glorioſus doctor
habuit mirabile principiũ. Dicas incipiẽ
do de chartula/in qua erat ſalutatio ꝟgi
nis: vſqꝫ ad illã partẽ. quõ fuit in via ꝑ
fratres carnales captꝰ: et miſſus ad ma-
trẽ: et in cuſtodia turris poſitus vſqꝫ ad
aduẽtũ fratrũ: qui laniauerũt habitũ or-
dinis in corꝑe eiꝰ: ⁊ tamẽ cũ hoc nũq̃ vo
luit dimittere. Et ibi videbis quõ habuit
bonũ principiũ: vt merito poſſit dici de
eo illud qđ ſcribit. ij. Paral. xxiiij. Cũ ad
huc eſſet puer: cepit querere deum.
¶ Scđo plus eſt q̃ ſalomon in pſeueran
do. De ſalomone legit ꝙ nõ bene perſeue
rauit: q: corruptũ fuit cor eius per mulie-
res. Sed iſte glorioſus doctor nunq̃ per
mulieres fuit corruptꝰ: nec ruptꝰ. Narra
quõ frẽs carnales vidẽtes ꝙ nolebat di
mittere habitũ ordinis: intromiſerũt ad
eũ domicellã geſtu impudicã: ſed cũ titio
ne fuganit eã: et in orone obtinuit caſti-
tatẽ. Dic in iſta parte ad laudẽ dei: quo-
modo tres ſancti nr̃i ordinis ſemper fue-
runt ꝟgines mẽte et corpore. Itẽ ꝙ nũq̃
peccauerũt mortaliter. vñ frater Reginal
dus ĩ morte ſua tale ſibi fecit teſtimoniũ.
Ego ſancti iſtius ſepius confeſſionem au

diui: et ita purum ⁊c. vt merito de beato
Thoma poſſit dici. Beatꝰ vir qui inuentꝰ
eſt ſine macula ⁊c. Quis eſt hic: et lauda-
bimꝰ eũ. Fecit em̄ mirabilia in vita ſua.
Qui potuit trãſgredi: et nõ ẽ trãſgreſſus
et facere mala: ⁊ non fecit. Eccli. xxxj. ca.
Eſt etiã equalis ſalomoni incipiendo vt
ꝓbatũ eſt: ſed plus eſt q̃ ſalomon finiẽ-
do. Narra quõ extractus de cuſtodia tur
ris/fuit miſſus pariſius: et quõ mirabili
ter oſtendit fratri Alberto in teutonia.
Itẽ quõ fuit aſſignatus ad legendũ ſen-
tentias. Item quõ fuit magiſter. Item ꝙ
qñ aliquid habebat facere ſemꝑ orabat:
et in orone quõ eleuabatur a terra. Item
etiã quõ fuerũt ei multa reuelata: et ſpe-
cialiter de ſorore ſua: q̃ erat in purgato-
rio. Itẽ de fratre ſuo quõ erat inť marty
res. Itẽ quõ apparuit ei frater Romanꝰ
Et finaliter per dñm Gregoriũ papã vo-
catus ad conciliũ generale in foſſanoua
languẽs glorioſe finiuit dies ſuos. Et ta-
men ſalomon male finiuit dies ſuos: q:
ſm̄ opinionẽ multoꝝ doctoꝝ/dãnatꝰ eſt.
Bene ergo ptꝫ ꝙ iſte glorioſus doctor eſt
plus q̃ ſalomon in vita et ſanctitate.
¶ Sed dixi ſcđo ꝙ eſt equalis ſalomoni ĩ
ſcientia et veritate. Si bene ſcripturarũ
ſeriẽ conſidero: quattuor valde miranda
dicunť de ſciẽtia ſalomonis: que etiã poſ
ſunt dici de ſciẽtia ſancti doctoris. Pri-
mũ dicitur de ſalomone. iij. Regũ. iiij. ꝙ
ꝑcedebat ſapiẽtia ſalomonis ſapientiam
oĩm orientaliũ et egyptiorũ: et erat ſapiẽ
tior cunctis hoĩbus. et de ſeipſo Eccl's. j.
Preceſſi oẽs ſapiẽtia qui fuerũt ante me
in hierl'm. Certe per hierl'm que interpre
tratur viſio pacis: põt intelligi vniuerſi-
tas ſtudij pariſieñ. q̃ eſt pacifica: et ꝓ fi-
de/et ſancta eccl'ia defendendo armis ſa-
cre ſcripture. Certe licꝫ multi nobiles et
valẽtes doctores fuerĩt in ſtudio pariſiẽſi
tñ oĩbus compenſatis bene poteſt dicere
ſanctꝰ doctor ꝙ preceſſit ſapiẽtia oẽs qui
ante eũ fuerũt in hierl'm. i. in ſtudio pari
ſienſi. et etiã oẽs q̃ fuerunt poſt eũ. Scđo
đ: de ſalomone. iij. Regũ. x. ꝙ a finibꝰ ter
re veniebãt audire ſapientiã ſalomonis:
Et certe de toto mũdo veniebãt pariſius
ad audiendã ſapientiã ſancti doctorꝫ. qđ
ptꝫ qñ em̄ erat pariſiꝰ tantã gratiã deus
dederat in ore ſapiẽtie ſue: ꝙ oĩs hõ ve-
niebat ad ſcholas ſuas. Tertio legiť de
ſalomone q̃ vniuerſa terra deſiderabat
videre vultũ ſalomonis: vt audiret ſapiẽ
tiã eius. iij. Regũ. x. Et certe q̃diu ſanctꝰ
doctor vixit: multi valẽtes doctores deſi
derauerũt videre eũ. Et nũc papa/cardi-
nales/principes/reges/doctores/ꝑdica-
tores/minores/ſapiẽtes/iuriſte/aduoca-
ti. oẽs deſiderãt et volunt habere ſapien
tiã et doctrinã ſancti doctoris. Quarto le
giť de ſalomone. iij. Regũ. iiij. ꝙ locutus
eſt tria milia parabolas: ⁊ quinqꝫ milia
carmina. Et certe ſanctꝰ doctor fecit ſicut
ſalomon infinita carmina. Ipſe em̄ ſcri-
pſit ſuꝑ logicalia: ſuꝑ naturalia: ſuꝑ theo
logalia ⁊c. Potes dicere de ſcriptis ſuis
q̃ ſunt tam multa. Bene g̊ ſanctus doctor
eſt ſimilis ſalomoni in ſcientia et ꝟitate.
Et certe reperio ꝙ ſapientia ſancti docto
ris eſt ſimilis ſapientie ſalomonis ĩ duo-
bus principaliter.

Primo in firmitate et veritate.
Scđo in pulchritudine ⁊ claritate.

¶ Primo nãqꝫ doctoris doctrina fuit fir
ma et vera. nã multi conati ſunt deſtrue-
re et improbare eã: ſed nõ potuerunt: vñ
poteſt ſibi dici illud Iohã. xvij. Sermo
tuus veritas eſt.
¶ Scđo doctrina ſancti doctoris eſt pul-
chra et clara et reſplẽdẽs ſicut ſol in meri
die. Certe iſte ꝓprie põt dici doctor lumi
noſus. Iſte nãqꝫ doctor eſt corpꝰ lumino-
ſuꝫ: nõ ſtella: nec luna: ſed ſol: q: ſicut ſol
illuminat lunã et ſtellas: ita iſte gl'ioſus
doctor illuminat lunã. ſ. ſanctã eccl'iam:
et ſtellas. i. oẽs doctores. Et ꝙ illuminet
eccl'iam ptꝫ. Narra quõ apparuit fratri al
berto cũ beato Auguſtino. vñ de clarita-
te doctrine ſue põt dici illud qđ ſcribitur
Eſa. xviij. Sicut meridiana lux clara eſt.
Habet etiã aliud inſigne doctrina ſancti
Thome: ꝙ per xp̄m eſt approbata. Narra
quomodo crucifixus dixit ei. Bene ſcripſi
ſti de me thoma. Si predicta ſunt cõſide
rata: bene ptꝫ declaratũ ꝙ ſanctꝰ doctor
eſt equalis ſalomoni in ſciẽtia et ꝟitate.
Bene g̊ potuit dicere cũ eo ꝟba incepta.
Inuocaui et venit ĩ me ſpũs ſapiẽtie. vñ
ꝓ ꝯcordantia poſſumꝰ dicere de iſto ſan
cto doctore: ꝙ in medio eccl'ie aperuit
os ſuum: et impleuit eũ dominus ſpiri-
tu ſapientie et intellectus: et ſtola glorie
induit eum. Eccli. xv. Ad quã nos perdu
cat ⁊c. Amen. Deo gratias.

¶ In feſto glorioſiſſimi doctoris ſancti Thome de aquino. Sermo. ij.

Quinquaginta annos nondum habes: et abraã vidiſti. Joh. viij. c. ⁊ in euãgelio ⁊c. Pro declaratiõe p̄ntis textꝰ lr̃ali: vt ad nr̃m ꝓpoſitũ applicet̃: tria ſm̃ lr̃aꝫ ⁊ ſp̃m in hiſtoria ſctĩ thome cõtẽta ſũt notãda.

¶ Primũ notandũ eſt ꝙ vnus deꝰ et pater oĩm ꝑ creationẽ/cõſeruationẽ/ et gubernationẽ/ intelligit̃ in p̄nti ꝑ abraã. pꝫ qꝛ abraã interp̄tat̃ pater multitudinis ⁊ deꝰ modis ſupradictis eſt pater: nõ ſolũ vniꝰ multitudinis: ſed oĩm multitudinũ. ſ. angeloꝝ ⁊ hoĩm. Nunqd nõ ipe ẽ pr̃ tuꝰ q̃ poſſedit te: ⁊ fec̃ te: ⁊ creauit te. Deu. xxxij. ¶ Scõꝫ iuxta hiſtoriã notãdũ eſt ꝙ glioſus doctor ſanctꝰ Thom̃. in p̄nti vita ꝑ ſcientiã acq̃ſitã/infuſam ⁊ reuelataꝫ ſtuduit ſciuit ⁊ multa vidit de abraã. i. de deo. ⁊ ꝑ phiam: ⁊ ꝑ theologiã: ⁊ ꝑ bonã vitam. intantũ ꝙ deꝰ in ſctõ thoma nõ ſolum dictꝰ eſt abrã: qd̃ interp̄tat̃ pr̃ excelſus: ſed mutatũ eſt ſibi nomẽ ĩ abraã: qd̃ ĩterp̄tat̃ pr̃ multaꝝ gẽtiuꝫ. qꝛ multitudinẽ veritatũ ⁊ ꝯcluſionũ theologarũ ſciuit de deo. Gen̄. xvij. ¶ Tertiũ ſꝫ hiſtoriã notãdũ eſt ꝙ. ſ. tho. mortuꝰ ẽ: ⁊ de hoc mũdo migrauit etat̃ ſue ãno q̃nq̃geſimo nõ ꝑfecto. Nã dicit hiſtoria ꝙ felix trãſitꝰ eiꝰ etat̃ ſue ãno q̃nq̃geſimo ĩchoãte. Ex iſtis tribꝰ ſimĺ ſeq̃t̃ ꝙ ꝑ mltitudine ⁊ ꝓfũdita te ſue ſciẽ. ꝑ ſubtilitate ſue alte intelligentie. ꝑ numeroſitate libroꝝ tractatuũ catholice ⁊ veridice ſñie ⁊ ſciẽ/ queꝫ aĩa deuota põt ſibi dicere pre admiratiõe thẽa ꝓpoſitũ. Quinq̃ginta annos nondũ hẽs et abraã vidiſti. i. tantas ⁊ tã multiplicatas ſñias et ꝟitates theologas ad ſalutẽ oĩm neceſſarias in tã modico tempore de abraã. i. de deo vidiſti: ſtuduiſti: ⁊ ſciuiſti. Et h̄ ꝑ thẽat̃ declaratiõe ſufficiãt. Pro ꝓſecutione eiꝰ eſt ſciẽdũ ꝙ de abraã. i. de deo triplex viſio ponit̃ a doctoribꝰ theologis. i. triplex genꝰ viſiõis ſpãlr̃ tãgit̃ a hierony. ĩ prologo ſup̄ apocalipſim.

Prima viſio eſt in tota creatura. ⁊ iſta vocatur a doctoribꝰ viſio abſtractiua.

Scõa viſio eſt in ſacra ſcriptura. et vocatur viſio enigmatica et intellectiua.

Tertia viſio eſt in ſua ꝓpria natura, ⁊ iſta vocatur viſio intuitiua.

Quãlibet iſtarũ viſionũ in tam modico tp̄e: qꝛ infra. xlix. annos cõpletos habuit ſctũs thomas de abraã. i. de deo.

Prima pars.

¶ Dico primo ꝙ prima viſio: q̃ ponit̃ a doctoribus de abraã. i. de deo: eſt in tota creatura: et vocat̃ abſtractiua. iſta viſio eſt rei ĩ ſuo rep̄ſentatiuo. Notandũ ꝙ deꝰ videt̃ in q̃libet re creata vel ꝑ veſtigiũ: vel per operationẽ vt in angelis et hoĩbus. Cũ igit̃ deus in qualibꝫ creatura rep̄ſentet̃: vel per veſtigiũ ſicut ĩ rebus inaĩatis irrationalibus. vel ꝑ imaginẽ vt in aĩalibꝰ rationabilibꝰ vt in hoĩbus vel angelis ſm̃ ꝙ ponit mr̃ lib. j. di. iij. ſequit̃ ꝙ deꝰ videt̃: vel videri põt in qualibet creatura abſtractiue. Iſta viſio eſt ſicut videt̃ res in imagine ſua. ſicut videt̃ deꝰ in hoĩe de q̃ dixit Gen̄. in. c. j. Faciamꝰ hoĩeꝫ ad imaginẽ ⁊c. Eſt ſicut viſio q̃ videt̃ cã in ſuo effectu: qꝛ ex voluntate effectꝰ/ cognoſcit̃ volũtas cauſe. Eſt ſicut viſio qua videt̃ ꝑ opus. qꝛ per excellentiã operis cognoſcit̃ excellẽtia artificis. Iſto modo videt̃ deꝰ: q̃ eſt de natura ſua inuiſibilis: in q̃libet creatura: ⁊ ĩ toto mũdo: qꝛ inuiſibilia dei ꝑ ea q̃ facta ſunt intellecta ꝯſpiciunt̃. ad Rom̃. j. Uidemꝰ ex ſciã perſpectiua ꝙ ad h̄ ꝙ ſit cõpleta viſio requirũtur tria.

Primũ potẽtia integra.

Scõm obiectum proportionatũ.

Tetiũ medium illumninatũ.

Secũdũ eñi dionyſiũ in de celeſti hierarchia/ in viſione dei: q̃ eſt ꝑ creaturas: potentia integra eſt rõ naturalis. deꝰ eſt ſibi obiectũ ꝓportionatũ et ꝑ naturã: qꝛ cognitio exiſtẽdi deũ oĩbꝰ naturalr̃ eſt ĩſerta ſm̃ damaſcenũ. Mediũ illuminatum ſunt creature. ita ꝙ quelibet creatura eſt quoddã lumẽ in ꝑfectione a deo cõicata: ꝑ qd̃ videt̃ deꝰ abſtractiue. vñ ad ꝓpoſitũ Hugo ĩ glo. vbi. s. dicit ſic. Lapis iſte: vel h̄ lignũ mihi lumen eſt. ⁊ ſi q̃ris quõ: me rõ mouet vt tibi rñdeã. Hũc lapidem vel h̄ lignũ ꝯſiderãs mĺta mihi occurrũt q̃ aĩe mediũ illuminãt. Cũ q̃dẽ aĩaduerto ſubſiſtere domũ ⁊ pulchrũ ſm̃ ꝓpriã analogiã gñe et ſpecie: ac ceteris rebꝰ ac ſpeciebus ſegregari: nũero ſuo ꝯtineri ordinẽ ſuũ: ⁊ non excedere: locũ ſuũ: iuxta ſui põderis q̃litatẽ tenere. h̄ et hoꝝ ſilĩa deũ in hoc lapide trino lumĩa mihi ſiũt. hec me illuminãt. ſilr̃ et de oĩ creatura a ſummo vſqꝫ deorſum ad laudẽ creator̃ cũcta referẽtibꝰ: ⁊ deũ ſuũ ſtudioſe q̃rẽtibꝰ lux ĩtroductiua eſt. h̄ ille. Sic pꝫ ꝙ in ꝟtutibus ꝑfectiõibꝰ/ ordinibꝰ/ diſtictionibꝰ/ generibꝰ et ſpẽbꝰ creaturaꝝ diſtictis vr̃ deꝰ. h̄ dicit tex. Sap̄. xiij. A magnitudine ſpẽi et creature cog̃ſcibilr̃ põt hoꝝ creator videri. Ad ꝓpoſitũ iſtã viſionẽ dei in creaturis. ſ. Tho. habuit. cũ enim triplex ſit creatura ſm̃ magr̃m. ſ. pure corꝑalis: pure ſpiritualis: et mixta. in q̃libꝫ iſtarũ ſpẽm/ virtutes/ ꝓprietates/ ⁊ ꝑfectiões cognoſcẽdo: ⁊ ĩueſtigãdo deũ vidit. Tractauit multa de rebꝰ naturalibus vt in logica: et in phia naturali. Multa de rebꝰ ſpũalibus vñ fecit vnũ tractatũ ſpãlem: et q̃ones de ſpũalibꝰ creaturis: et ſpãliſſimũ tractatũ de ãgelis ⁊ de ſubſtãtijs ſepat̃ ĩ mari/ ꝟſꝰ neapolim nauigãdo: et incepit illũ in die ſancti Michaelis.: ⁊ incipit tractatꝰ. Qꝛ ſacris angeloꝝ ſolẽnijs ĩtereſſe nõ poſſumus ⁊c. Tractauit multa de hoĩe: que eſt creatura mixta. ſ. corꝑalis ⁊ ſpiritualis. Prĩo de corꝑe hoĩs ad ſumẽdũ g̃nationẽ in p̄ma ꝑte ſumme tractatu. ij. Itẽ de aĩa hoĩs quõ creat̃. Itẽ etiam de ꝟtutibꝰ aĩe ſpũalibꝰ cardinalibꝰ moralibꝰ ĩ li. ethic̃. ciuilibꝰ ⁊ politicis ĩ lib. rheto. Itẽ de ꝟtutibꝰ aĩe ſpũalibꝰ/ cardinalibus/ et intellectualibꝰ/ ⁊ vitijs oppoſit̃. in. j. ij. ⁊. ij. ij. Et ſic in q̃libet creatura. ſ. corꝑali/ ſpũali/ et mixta ex corꝑali ⁊ ſpũali. ex ꝯtẽplatiõe eoꝝ vidit deũ in q̃libꝫ creatura. Et ex iſta viſione imaginaria vĺ ĩ imaginatiõe põt cũ Eſa. dicere q̃ deũ vidit ĩ imagine di. in c. vj. Uidi dñꝫ ſedẽtẽ ſup̄ ſoliũ excelſũ ⁊c. vſqꝫ: Pleni ſũt ce. et ter. i. creature tã celeſtes q̃ terreſtes glĩa tua.

Scõa pars.

¶ Dico ſecũdo ꝙ ſecunda viſio: q̃ ponit̃ a doctoribꝰ de abraã. i. de deo ĩ ſacra ſcriptura: ẽ viſio enigmatica ⁊ intellectiua: imo ⁊ ſpeculatiua: qꝛ viſio iſta hr̃ de deo ĩ p̄nti ꝑ ſpeculũ fidei et ſacre ſcripture. vñ ſacra ſcriptura ẽ cãdor lucis eterne: ⁊ ſpeculum ſine macula dei maieſtat̃: ⁊ imago bonitat̃ illiꝰ. ſ. fidei. Et qꝛ in p̄nti deꝰ ꝑ ſpeculũ fidei/ et ſacre ſcripture videt̃. Sꝫ ĩ futuro videbit̃ clare ſine medio ⁊ ſine ſpeculo: iõ dixit apl̃s. j. Coꝝ. xiij. Uidemꝰ nũc ꝑ ſpeculũ ĩ enigmate: tũc aũt facie ad faciẽ. ſ. ĩ futuro. Qd̃ videt̃ in ſpeculo qd̃ ẽ ſine macula: ꝟe videt̃ ⁊ credit̃. Sic viſio q̃ hr̃ de deo ꝑ fidẽ et ꝑ ſctãꝫ ſcripturã mag̃ vera ẽ et mag̃ certa: q̃ p̄ma viſio q̃ habet̃ ꝑ creaturas: q̃ viſio habet̃ ꝑ naturalẽ rõnẽ. vñ Aug. ſup̄ gen̄. Amãtior eſt ſacre ſcripture autoritas: q̃ totiꝰ hũani ꝑſpitas. ⁊ Richard. ĩ. j. de trinitate. Nihil certiꝰ q̃ qd̃ fide cõprehẽdimꝰ. Et not. ꝙ iſta viſio de abraã. i. de deo quã habuit ſctũs Tho. et hr̃ ꝑ ſacrã ſcripturã: nõ ſolũ dr̃ ſpeculatiua a ſpeculo: ſꝫ ĩtellectiua ab ĩtellectu/ ab intꝰ legẽdo. Nã ĩtelligere idẽ eſt qd̃ intꝰ legere. In ſpeculo eñi vident̃ rerũ imagines exteriores: ſꝫ nõ ĩteriores. De deo ꝑ ſacrã ſcripturã hr̃ duplex viſio. Prima ꝑ ſenſum lr̃alẽ. ⁊ iſto mõ videt̃ deꝰ ĩ ſpeculo: et q̃ad exteriora: ⁊ ad ea q̃ ſunt in creatur̃: rep̄ntat̃. Scõa viſio eſt ꝑ ſenſum ſpũalẽ. et iſto mõ videt̃ deꝰ quoad ĩteriores ꝑfectiões ſuas: et ſic videt̃ intꝰ ĩ viſiõe ĩtellectiua: qꝛ intꝰ legit̃ et videt̃ in ſenſu ſpirituali ⁊ interiori. Et vtroqꝫ iſtoꝝ modorum vidit abraã ſctũs Tho. ⁊ dic̃ cũ iohe Apoc̃. v. Uidi ĩ dextera ſedẽtis ſupra thronũ librũ ſcriptũ intꝰ ⁊ foris. Utraqꝫ iſtaꝝ viſionũ de abraã eſt neceſſaria ſtudẽtibꝰ ⁊ doctoribꝰ ſacre ſcripture. Qui hñt p̄mã viſionẽ et nõ ſcõam ſunt ſilẽs xp̄i diſciplĩs: q̃bꝰ an̄ reſurrectionẽ dixit. Adhuc ⁊ vos ſine intellectu eſtis Mat. xv. Et poſt reſurrectionẽ aperuit illis ſenſum vt ĩtelligerẽt ſcripturas. Luce xxiiij. Sũt tales ſilẽs pueris: q̃ videt pulchros libros ⁊ deauratos et delectant̃ in pulchritudine lr̃arũ: ſenſũ tñ interiorẽ et ĩtellectualẽ: quẽ ille lr̃e ſig̃nt: ignorant: et de eo nõ curãt. Tales pueri ſunt iudei: q̃ ſolũ curãt de ſacre ſcripture lr̃a: nõ de ſpũ ꝯ quos dicit apl̃us. ij. Coꝝ. iij. Lr̃a occidit: ſpũs aũt viuificat. Iſtã intellectionẽ de abraã. i. de deo ĩ ſacra ſcriptura/ et viſionẽ vult deꝰ haberi a ſtudẽtibꝰ audiẽtibus ⁊ doctoribꝰ ſacre ſcripture. vñ in pſa. xiij. Dñs de celo ꝓſpe. ſup̄ fili. ho. vt videat ſi ẽ intelligẽs aut req̃rẽs/ ⁊ vidẽs deũ. ¶ Sed nouerit̃ ꝙ ſtudẽtes audiẽtes: et etiã doctores ſacre ſcripture/ ꝑ q̊s videt̃ abraã. i. deꝰ mõ iſtis tp̄ibꝰ ſe hñt in triplici differẽtia. Quidã ſunt q̃ nõ curãt de ſtudio: nec de libro: nec volũt videre librum nec etiã apire: vt multi clerici ⁊ religioſi: q̃ ex debito et ordine ⁊ ꝓfeſſione tenent̃. et qñ de hoc rep̄hendunt̃: q̃re non ſtudẽt quare nõ legũt vĺ videãt deum abraam. Reſpõdent et dicunt cum iudeis Sapiẽtie. ij. Grauis eſt nobis ad videndum.

Alij ſunt qui volunt et curãt videre deum per ſtudiũ/et per lectionẽ: et vident deũ ⁊ intelligũt in vtroqꝫ ſcripture ſenſu: ſed vi ſo illo: per malã vitã ſpernunt. Iſti ſunt ſi miles herodi: de quo legiť Luc. xxiij. ꝙ vi ſo ieſu gauiſus eſt valde. erat eñ ex multo tẽpore cupiens videre illũ. Sed ſequitur ꝙ poſtea ſpreuit illũ. Sic faciũt iſti. videt deũ ꝑ ſcientiã: ſed ſpernũt eũ ꝑ malã vitã. quibꝰ finaliter accidit: ſicut ſibylle ⁊c. Iſti habẽt de deo ſcientiã: ſed nõ ſufficit: quia nõ habẽt ſapientiã. i. ſapidam ſcientiam; eo qꝛ deficit eis bona vita. Iſti bene deuꝫ vidẽt: ſed illud pſ. xxxiij. nõ vidẽt. Guſta te ⁊ videte qm̃ ſuauis ẽ dñs. Alij ſunt q̃ de um vident: et vidẽdo ipſum per bonã vi tam amãt et diligũt: quibus xp̃s dicit cũ diſcipulis ſuis Luc. x. c. Beati oculi q̃ vi dent que vos videtis. De numero iſtorum fuit ſanctus Thomas: qui cũ ſana doctri na habuit ſcientiã et vitã. Impleť in eo il lud quod ſcribitur Prouer. xxxj. Guſtauit et vidit quia bona eſt negociatio eius. Gu ſtauit primo deum per bonam vitã. ſecun do vidit deũ: ⁊ ꝙ bona eſt negociatio eiꝰ. ideo nõ extinguetur in nocte lucerna eiꝰ. tenuit preceptum pſ. in quo dicit. Guſta te ⁊ videte qm̃ ſuauis eſt dñs. Nota duo. Primo ꝙ dicit guſtate, per bonã vitã: qꝛ in preſenti deus et eius dulcedo habeť in guſtu. in futuro habebitur ꝑfectiſſime de lectatione et cibo. Scd̃o ꝙ premittit gu ſtum bone vite viſioni ſciẽtie et doctrine. qꝛ ſm Bernar. ſermone. ij. in pluribus vi ta abſqꝫ doctrina cõplacuit: iſta abſqꝫ il la in nemine. Et qꝛ beatus thomas ꝑ bo nã vitã et ſanã doctrinam abraam. i. xp̃m vel deũ guſtauit; et vidit qꝛ bona eſt nego ciatio eius: ideo cõcludit iſte tex. de eo: ꝙ nõ extinguetur in nocte lucerna eius. Do ctrina eius erat lucerna ardens ⁊ lucens. nox obſcura eſt error in fide: vel in mori bus bonis: per que doctrina ſancti Tho me non extinguetur. iõ inextinguibile eſt lumen illiꝰ. vt habetur in epiſtola hodier na. Et hoc duplici probatur teſtimonio. primo ex crucifixi. ſcd̃o eccl'ie romane. Dic primum de xp̃o crucifixo. ſcd̃m de vrbano quinto. Unde tã xp̃s q̃ romanus põtifex propter ſuã doctrinã veram ſanã atqꝫ ca tholicã/eã approbando de ſancto thoma dicit illud qd̃ ſcribiť Act. xvj. Cõſtituã te teſtẽ eoꝝ/que vidiſti. Propter tantas ve ritates multiplicatas/ꝯcluſiones ſanas/ veras atqꝫ catholicas: quas in tã modico tp̃e/in preſenti vita ſctũs thomas ſciuit ⁊ ſtuduit et legit de abraã. i. de deo: bene di cit ſibi admiratiue aĩa deuota thema in ceptũ. Quinquaginta annos ⁊c.

Tertia pars.

¶ Dixi tertio ꝙ tertia vi ſio: que ponitur a doctoribus de abraã. i. de deo: eſt in ſua ꝓpria natura. Et iſta vo cať viſio intuitiua et facialis: ⁊ eſt qñ res videť clare in ſeipſa. Iſtã viſionẽ habent angeli de deo in paradiſo: de quibus dici tur Mat. xviij. Angeli eorũ ſemper vidẽt faciẽ patris mei ⁊c. Iſtã viſionem habent oẽs ſancti ⁊ btĩ. et de iſta dr̃. ſ. Ioh. iij. c. Uidebimus eũ ſicuti eſt. Et nota ꝙ viſio: que habeť in preſenti per fidẽ/ꝓpter cer titudinẽ dicitur viſio: qꝛ viſus dat certitu dinẽ: ſed ꝓpter fidẽ: qꝛ auditur: qꝛ fides ex auditu. ad Rom̃. x. ideo dr̃ in pſ. xlvij. Sicut audiuimus per fidẽ. ſ. hic in p̃ſen ti: ſic vidimus in ciuitate dñi virtutũ. Et nota ꝙ hic deus in preſenti auditur: ſꝫ in futuro videtur. hic inuenitur: et in futuro etiã inuenieť: ſed differẽter. nã primo au ditur hic in clericis: ſed inueniť in laicis. pſ. cxxxj. Audiuimus eũ in effrata: inueni mus eũ in cãpis ſilue. Scd̃o videbitur in futuro a ſctis ⁊ a beatis: ⁊ inuenietur ab eiſdẽ: ſꝫ aliter q̃ in p̃ſenti. nã in p̃ſenti in uẽtus ꝑ gratiã: perdiť per pctm̃. In futu ro inuenieť ꝑ gratiã et gloriã: ⁊ ꝑdi nũq̃ poterit. Ad ꝓpoſitũ ſanctus thomas hic in preſenti audiuit abraã ꝑ fidẽ: ⁊ inuenit per gratiã. in futuro videbit eũ per viſio nẽ clarã: ⁊ tenet eũ per ſecuritatẽ. dicit cũ ſponſa Can̄. iij. Inueni quẽ dilexit anima mea. tenui eũ nec dimittã. De viſione cla ra quã vidit ſctũs thomas ĩ paradiſo: no ueritis ꝙ fuit reuelatũ fratri Alberto de brixia/q̃lis ⁊ quãta erat: ⁊ in quo gradu: habeť eñ in hiſtoria ꝙ deſiderabat ſcire q̃lis erat gl'ia ſctĩ thome ĩ paradiſo. q̃dã die dũ corã altari btẽ virginis deuotꝰ ora ret ⁊c. dic ſertũ geſtãs ⁊c. Ecce ergo quõ ⁊ qualiter ſctũs thomas habet tres viſiões de deo. primam in tota creatura: q̃ voca tur abſtractiua. ſecũdã in ſacra ſcriptura: tertiã in ſua ꝓpria natura: que vocať in tuitiua et in gloria. ꝓpter quas viſiones dicitur ſibi admiratiue ꝑ animã deuotã.

Quinquaginta annos nondũ habes ⁊c.

¶ Secundo eſt conſiderãdũ que cauſa po teſt reddi vel inueniri ꝙ in tã modico tẽ pore ipſe ſanctus Thomas tanta viderit de abraam; ideſt de deo.

¶ Quantũ ad primũ ſciendũ ꝙ iſta admi ratio ſancti thome: de qua loquiť thema figurať in regina ſaba: de qua. iij. Reg. x. ⁊. ij. Paral'. ix. ꝙ regĩa ſaba audita ſapiẽ tia ſalomonis: venit a finibus terre ĩ no mine dñi tẽtare eum in enigmatibꝰ. et ſe quitur ꝙ videns oẽm ſapientiã ſalomo nis: pre ſtupore vltra in ea nõ erat ſpũs. et dixit ſalomoni. Uerꝰ eſt ſermo quẽ au diui in terra mea ſuꝑ ſermonibus tuis/⁊ ſuper ſapiẽtia tua: ⁊ non credebã narrãti bus mihi: donec ipſa veni et vidi oculis meis: et probaui ꝙ media pars mihi nũ ciata nõ fuerit. Ad ꝓpoſituꝫ regina ſaba eſt aĩa deuota: et quilibet deuotus ſtu dens in ſcientia ſancti thome. Salomon eſt ſanctꝰ thomas: imo plus q̃ ſalomon. nã ſctũs thomas eſt equalis ſalomoni in ſciẽtia: ⁊ plus in vita. ecce ergo plus q̃ ſa lomon hic. Mat. xij. De ſalomone ſcribiť ꝙ corruptum fuit cor eius ꝑ mulieres. de ſctõ thoma oppoſitũ. Dic de puella ad eã introducta in carcere. De ſalomone legiť iij. Reg. iiij. ꝙ locutꝰ eſt tria milia para bolas: et quĩqꝫ milia carmina. Et de ſan cto thoma legiť ꝙ multo plura fecit. Ip̃e eñ in ſua doctrina et ſcriptis poſuit per ordinẽ materias: q̃bus poſitis formauit cõcluſiones/queſtiones/titulos: ⁊ tracta tus diuiſit: et titulos in articulos et ſub articulos ⁊ paragraphos: inueniť ꝙ iſta in dictis et ſcriptis ſancti thome ſumant plꝰ q̃ tria milia: ⁊ q̃ttuor aut quĩqꝫ milia carmĩa ⁊ parabolas. Regina ĝ ſaba. ideſt aĩa deuoti ſtudẽtis vidẽs iſta admirať: ⁊ quõ in tam breui tẽpore potuerit ponere ſtudere et dictare. ⁊ ꝓfunde in ſciẽtia ſctĩ thome ſtudẽs/dicit nõ hñs vltra ꝑ admi ratiõe ſpm̃: verꝰ eſt ſermo quẽ audiui ⁊c.

¶ Quantũ ad ſcd̃m ſciendũ ꝙ tria ſunt q̃ valde mirabiliter ad ſcientiã diſponũt in breui tp̃e: que in ſctõ thoma fuerunt per fectiſſime: ⁊ ideo non mirum ſi tanta de abraã. ideſt de deo in tã breui tẽpore ſtu duit ⁊ vidit.

Primo manſuetudo et humilitas.
Scd̃o mundicia ⁊ puritas.
Tertio nobilitas et generoſitas.

¶ Primo manſuetudo ⁊ humilitas facit multũ ſcire in breui tp̃e. Mens humilis eſt vna de clauibus ſapiẽtie ſm Hugonẽ in didaſcolis lib. iij. vbi ſic ait. Pricipiũ diſcẽdi humilitas. ſequiť. Ab hoĩbꝰ ergo libenter diſce: qd̃ tu neſcis: qꝛ humilitas corꝑis tibi facere põt: quod natura cuiqꝫ ꝓprium fecit. Sapiẽtior oĩbus eris: ſi ab oĩbus diſcere volueris. Nã qui ab oĩbus accipiũt: oĩbꝰ ditiores fiunt. Iſtã humi litatẽ non habẽt multi: qꝛ vix meruerunt eſſe diſcipuli: et tamẽ ſtatim volunt fieri magiſtri. Quibꝰ duo mala contingũt ſm Frãciſcũ petrarchã. Primũ ꝙ diſcere pu deat. ſcd̃m ꝙ maior eoꝝ ignorantia fiat. Iſtã hũilitatẽ habuit. b. Aug. q̃ de ſeip̃o dicit. Ego ſenex et tot annoꝝ epiſcopus a puero nondũ anniculo paratꝰ ſum edoce ri. Pro tãto dixit ſapiẽs Prouer. xj. Ubi eſt humilitas: ibi et ſapiẽtia. Ad ꝓpoſitũ ſanctꝰ thomas habuit iſtã humilitatẽ et deſideriũ addiſcendi: qd̃ oſtendit in char tula: vbi ſcriptũ erat: Aue maria. Didicit primitiua in monaſterio mõtis caſini. di dicit artes ĩ neapoli. didicit philoſophiã et theologiã cũ magiſtro alberto in colo nia. didicit lectionẽ a ſtudente quã ſibi re petebat: et tñ ipſe melius ſciebat. didicit pariſius ⁊ legit ꝑ multos annos. ſciuit il lud Ptolomei in ꝓuerbijs: ꝙ inter ſapiẽ tes ille ſapiẽtior: qui humilior. ideo qꝛ tã tum humilis fuit: iõ tanta ⁊ tam ꝓfunda in tã breui tẽpore de abraam vidit.

¶ Scd̃o diſponit hoĩeꝫ ad ſciẽdũ in breui tẽpore mũdicia et puritas. Sicut eñ lu men ſolis et ſtellarum per obſcuras nube culas impediť: ne in iſta inferiora deſcen dat ea illuminando. Nã dicit Boetiꝰ. ſ. de conſolatione Metro. vlti. Nubibꝰ atris condita nullũ fundere poſſunt ſidera lu men. Sic lumẽ veritatꝫ/et ſciẽtie impedi tur: ne veniat in aĩam ꝓpter obſcuritatẽ malicie et peccati. ⁊ iõ Auguſti. viij. de ci uitate dei cap. iij. diť. ꝙ ſtoicus ſocrates nõ putabat ꝙ cauſe prime et ĩtelligentie ſuꝑiores cõprehẽdi poſſent: niſi a mente mũdata. vñ dixit ꝙ vita purgãda eſt bo nis moribꝰ anteq̃ in naturã incorporei ⁊ incõmutabilis luminis vbi cauſe oĩm fa ctarum naturarũ ſtabiliter viuũt: intelli gẽtie puritate animꝰ conſpiciat. Et beda ꝙ iohãni euãgeliſte ꝓpter mũdiciã ⁊ pu ritatẽ; qꝛ fuit virgo: ſuꝑ alios apl'os reue

latā ſunt ſecreta celeſtia. Et ideo dicitur
Mat.v. Beati mūdo corde: qm̄ ipſi deū
videbūt. Ad propoſitū ſanctus Thomas
habuit iſtā mundiciā et puritatem. nunq̄
em̄ peccauit mortaliter. mente et corpore
fuit virgo: vt teſtatur papa in ſua canoni
zatione. et iō quia purus et mūdus fuit:
tanta ꝛ tam profunda de abraam in bre-
ui tempore vidit.

¶ Tertio et vltimo diſponit hominē ad
ſciendū multa in breui tēpore nobilitas ꝛ
generoſitas. nobilitas illa vera q̄ moribꝰ
animū ornat. vt ait poeta. ſm̄ q̄ dic̄ phs
viij. Ethic̄. paſſiones ſedat: quibus ſeda-
tis: anima fit prudens ꝛ ſapiens. Dicit io
hannes in expoſitione morali de ſomnio
Pharaonis epl'a. Inter regum inſignia:
vel inter papaliū priuilegia/ nō nouiſſi-
mū locū dinoſcit̄ obtinere nobilitate no-
bilior nobilitas intellectꝰ: q̄ intellectus
ſenſui: ſenſus corpori: corpus nature ſe-
minali quadā cōnaturali cōſonantia con
formant̄. quā ob cauſaꝫ ſicut ſidus ī celo.
ſicut ſapphyrus in auro: ſic in mente: et
mens in carne nobili nobilius eniteſcit.
hec ille. In ſignū huius legimus q̄ an-
tiquitus reges ꝛ pricipes q̄ maxime fue-
runt litterati et ſapientes/ iuxta ſentētiā
Platonis apud Boetiū. in. j. de cōſolatio
ne proſa. iiij. Beatas fore reſpublicas: ſi
eas ſtudioſi ſapiētie regerent: vel earū re
ctores ſtudere ſapiētie contigiſſet. Ad p-
poſitū ſanctus thomas fuit valde gene-
roſus ꝛ nobilis: non ſolū generoſitate car
nis: dic ſed etiam mētis: ideo tanta et tā
profunda in breui tēpore de abraā: ideſt
de deo vidit et legit. Ceſſet igitur admira
tio: et ſibi dicta per reginam ſaba. Nō mi
rum ſi quīquagīta annos ꝛc. Deo gr̄as.

¶ In feſto bti Thome de aq̄no. Ser. iij.
Uel ſermo ſm̄ dn̄icaꝫ tertiā q̄dragеſime.

A In digito dei eij
cio demonia. Luce. xj. cap.
et in euāgelio p̄ntis dn̄ice
v̄bū ſcribit̄ ſtatiꝫ ſumptū.
Thema iſtud ſm̄ litterā in
telligit̄ de xp̄o: qui curauit quendā demo
niacum: ꝛ q2 iudei malignātes dicebāt q̄
in beelzebub pricipe demonioꝝ eijciebat
demonia: dixit xp̄us. In digito dei eijcio
demonia ꝛc. Sed loquēdo myſtice de ſan
cto doctore: cuius hodie ſolēnia celebra-
mꝰ: pōt ītelligi de eo v̄bū ꝑpoſitū: q2 ip̄e
dicat nob̄. In digito dei eijcio demonia.
Pro cuius thematis declaratiōe et intro
ductiōe/ debetis notare q̄ chriſtus eijcit
demones de triplici loco creaturis me-
diantibus.

Primo de celo emperyali mediantibꝰ ſpi
ritibus angelicis.

Secundo de corpore humanali mediāti-
bus hominibus euāgelicis.

Tertio de eccl'ia vniuerſali mediātibꝰ do
ctoribus diuinis.

¶ Dico p̄mo q̄ xp̄s eijcit demones de ce-
lo emperyali mediātibꝰ ſpiritibus angeli
cis. Deꝰ em̄ in principio q̄n creauit celū:
ſimul et naturā angelicā cōcreauit: q2 vt
dicit Strabo mox vt celū creatū eſt: ſctīs
angelis eſt repletū. Iſti angeli ſtatiꝫ fue-
runt diuiſi in duas ꝑtes: q̄rū. vna ſcꝫ mi
chael et angeli eiꝰ/ conuerſa ad deū ſuū/
cognouit creatorē: ꝛ agēs gr̄as voluit mi
niſtrare: ſed altera pars. ſ. lucifer cū ſuis
ſequacibꝰ a deo auerſa/ nō recognoſcens
bn̄ficium creationis/ gratificationis/ et
glorificationis: ad dei equalitatem aſpi-
rauit. et q̄ factus erat vt miniſtraret no-
luit: ſed voluit deo ꝑ oīa aſſimilari. Eſa.
xiiij. Quō cecidiſti de celo lucifer q̄ mane
oriebar̄. Corruiſti in terrā q̄ vulnerabas
gētes: qui dicebas in corde tuo. In celū
conſcendā: ſupra aſtra dei exaltabo ſoliū
meū. ſedebo in mōte teſtamēti: in lateri
bus aq̄lonis. aſcendā ſuꝑ altitudinē nu-
biū: ſilis ero altiſſimo. Et ꝑpter hoc pec-
catū diabolꝰ: qui an̄ pctm̄ creatura nobi
liſſima erat: poſt pctm̄ factꝰ eſt viliſſimꝰ.
et q2 viles et immūde ꝑſone eijciūtur de
cameris regū ꝛ nobiliū ꝑſonarū: iō deus
p̄cepit michaeli et angelis eiꝰ: vt eos eij-
cerēt de celi palatio. cuiꝰ p̄cepto michael
cū angelis ſuis annuēs: aggreſſus ē eos.
Et tūc factū eſt p̄liū magnū in celo. Mi-
chael ꝛ angeli eiꝰ p̄liabant̄ cū dracone: et
draco pugnabat et angeli eiꝰ: et nō value
rūt. neq3 locus inuētus eſt eoꝝ āplius in
celo. Et ꝑiectꝰ eſt draco ille magnꝰ ꝛc. et
michael habuit victoriā. Apoc̄. xij. Et ſic
deꝰ mediātibꝰ ſpiritibꝰ angelicis/ eijcit de
monia de celo empyreo: de q̄ eiectiōe ha-
bet̄ Ezech. xxviij. vbi loquit̄ deꝰ lucifero.
Repleta ſunt īteriora tua iniq̄tate: ꝛ pec
caſti: ꝛ eieci te de mōte ſctō dei: ꝛ perdidi

te o cherub. Quare ergo ſic eiectus eſt lu-
cifer de paradiſo: multū timere debēt pec
catores: q̄ niſi penituerint: ad paradiſum
nō aſcēdent. Si em̄ illos qui tales erāt:
ꝑpter pctm̄ dn̄s eiecit: putas q̄ illuc īdu
cat pctm̄ habētes. Si em̄ iudex nobilibꝰ
ꝑſonis ꝛ familiaribꝰ nō parcit: quin eos
interficiat ꝛ ſuſpēdat: multo plus creden
dū eſt q̄ ignobilibus et minus notis nō
parcet. Et certe lucifer nobilior nob̄ erat
et familior deo. vn̄. ij. Pet. ij. Si em̄ deꝰ
angelis peccantibus nō pepercit. gloſa q̄
ſunt dignioris nature. multo plus hoībꝰ
peccantibus nō parcet. Et ſic ptꝫ quomō
deiecit de paradiſo celeſti demonia me-
diātibus ſpiritibus angelicis: ꝑpter qō
michael pōt dicere de ſuis ſequacibus ꝛ
de ſe. In digito dei eijcio demonia.

B ¶ Dixi ſcd̄o q̄ eijcit deꝰ demonia de cor-
pore humanali mediātibꝰ viris euāgeli-
cis. i. mediātibꝰ apl'is: q̄ fuerūt viri euan
gelici. Pro quo notandum q̄ demon in
oēs gn̄al'r ꝑpt̄ pctm̄ originale: et ī quoſ-
dā ſpecial'r ꝑpter pctm̄ actuale/ hꝫ pote-
ſtatē eoꝝ corpa intrando. non em̄ demon
intrat aīam alicuiꝰ: ſed corpus: ꝑut dicit
ſctūs Tho. ī. ij. ſn̄iarū diſt. viij. vbi dic̄ ſic
in forma. Eſſe intra aliq̄d eſt eſſe ītra ter
minos eiꝰ. corpus aūt hꝫ terminos dupli
cis rōnis. ſ. quātitatis et eſſe: ꝛ iō angelꝰ
vel demon operās infra terminos quāti-
tatis corpi illabit̄ non eſſe: q2 nō eſt eius
pars: nec v̄tus dans eſſe ſibi. q2 om̄e eſſe
eſt a deo ꝑ creationē: ſubſtātia aūt ſpūa-
lis vt aīa/ non hꝫ terminos quantitatis:
ſed tm̄ eſſe. et iō in illā nō intrat niſi qui
creādo dat ſibi eſſe. Et ſic ptꝫ q̄ demonia
intrāt corpora hoīm ꝑpter pctā/ eos ve-
xando. Hec aūt demonia xp̄s eiecit a cor-
poribꝰ hoīm: non ſolū inquantū deꝰ: ſed
etiā inquantū hō virtute dei: vt in euāge
lio hodierno ꝓbauit ꝯ illos qui blaſphe-
mādo dixerūt. In beelzebub principe de-
monioꝝ eijcit demonia. Et q̄ poteſtas ie
ſu eijciat demonia ꝓbat̄ duplici ratiōe.
Primo ex motiuo beati Hieronymi: q̄ di
cit q̄ in plus ſe hn̄t res q̄ noīa. nam ſor-
tiunt̄ noīa a rebꝰ: nō aūt econuerſo. tunc
ſi ſic ſe hꝫ hoc nomen ieſus: q̄ q̄libet hn̄s
verā fidē in eiꝰ virtute eijcit demonia: a
fortiori xp̄s. Scd̄o probatur q̄ ptās ieſu
eijcit demonia ꝑ locum a minori. ſi miles
pōt expugnare caſtrū: ergo ꝛ rex. igit̄ cuꝫ
milites ieſu: q̄ fuerūt apl'i et diſcipuli: ex-
pugnauerūt demonia ea a corpibꝰ expel-
lendo. nā ipſe dicit ꝯ illos q̄ blaſphema-
bāt eū dicētes. in beelzebub ꝛc. Si ī beel-
zebub ꝛc. filij vr̄i. i. apl'i in quo eijciunt.
q̄ et xp̄s. Hanc aūt ptātem eijciēdi demo
nia: quā xp̄s habuit et inquātū deꝰ: et in
quātū hō: ſuis apl'is et diſcipl'is cōicauit
et dedit: quā apl'i confeſſi ſunt ſe habere
Luce. x. Dn̄e etiā demonia ſubijciunt̄ no-
bis in noīe tuo. Hoc patuit ī petro/ pau-
lo/ ꝛ ceteris xp̄i diſcipulis: ꝑ quos multi
q̄ vexabant̄ a ſpiritibꝰ immūdis curaban
tur. Propter qō q̄libet eoꝝ poterat dice-
re. In digito dei eijcio demonia. i. in v̄tu
te dei. et hoc de ſecundo.

¶ Dixi tertio ad ꝑpoſitū q̄ xp̄s eijcit de- C
monia ab eccl'ia vniuerſali mediātibꝰ do
ctoribꝰ diuinis. Pro quo notādū q̄ xp̄s
doctor et magr̄ nr̄ in ſchola militāti. tā q̄
in ſchola ſua/ docuit ſcientiā theologie: ꝛ
dedit/ ꝛ docuit pricipia eiꝰ: q̄ ſunt. xij. ar-
ticuli fidei: qui ſm̄ ſctm̄ Tho. in. j. parte
ſumme. q. j. ar. vij. c. ſunt pricipia theolo-
gie ꝛ ſciētie diuine. Hec aūt doctrina fuit
v̄itate predita: ꝛ ipſi p̄me v̄itati innixa: ꝛ
iō xp̄s magr̄ ꝛ doctor huiꝰ ſciētie/ dixit pi
lato. Ad h̄ veni in mundū: vt teſtimoniū
ꝑhibeā veritati. Jo. xviij. et iō publice do
cuit eā: q2 veritas non q̄rit angulos do-
moꝝ: et iō īterrogatꝰ xp̄s magr̄ et doctor
huiꝰ ſciētie/ ꝑ pōtificē de diſcipulis et de
ſciētia vel doctrina ſua dixit. Ego ſemper
docui in ſynagoga ꝛ in tēplo quo oēs iu
dei ꝯueniūt ꝛ in occulto locutꝰ ſuꝫ nihil.
Job. vbi. ſ. Chriſtꝰ aūt aſcēdēs in celum:
relinquēs ſcholā militātē eccl'ie: ad ſcho-
lam eccl'ie triūphātis ſe tranſtulit. voluit
tn̄ hic habere magiſtros et doctores: qui
ſcientiā et doctrinā ſuā toti mūdo annū-
ciarēt: et iſti fuerūt ſancti apl'i: de q̄bꝰ dr̄:
q̄ in oēm terram exiuit ſonus eoꝝ. in pſ.
xviij. Qd̄ attendēs malignus ſpūs: q̄ eſt
magiſter erroris: et pr̄ totius falſitatē: di-
uerſos errores et hereſes et hereticos: q̄
ſunt diſcipuli ſui: in eccl'ia ſeminauit: vo-
lens omnino deſtruere principia doctri-
ne xp̄i: que ſunt articuli fidei. ſicut ptꝫ de
ſabellio: qui negauit perſonarū trinita-
tem: cuius ſequaces ſunt omnes iudei et
ſaraceni. Patet etiam de arrio: qui ſicut
ponit trinitatē ꝑſonarū: ita ponit trinita
tem eſſentie: ꝛ poſuit filiū aliuꝫ a patre

in eſſentia et minorem patre: et ſanctū ſpiritum ab vtroq;. Patet etiā de errore manicheoꝝ/pelagianoꝝ/ et ꝙplurimoꝝ aliorū hereticoꝝ: quoꝝ errores et falſa doctrina tēporibus antiquis magnā partem eccleſie occupauit: et adhuc occupat de preſenti: et magis occupabit circa finem mūdi: ſicut predixit apl's Paulus. j. Timoth. iiij. In nouiſſimis tꝑibus diſcedēt quidā a fide attendētes ſpiritibus erroris et doctrinis demonioꝝ in hypocriſi: loquentiū mendacium cauteriatā habentiū ſuam cōſcientiā: prohibentiū nubere ⁊c. Ad expellēdum ergo demones ab eccleſia: q̄ per errores hereticoꝝ eccleſiam occupabāt poſt mortē apoſtoloꝝ: voluit habere doctores qui ſpūſancto inſpirati: declararēt legē et doctrinam xp̄i: et defenderēt: errores ⁊ hereſes doctrine demonioꝝ expellēdo et eijciendo. ſicut patz de Hieronymo/ Ambroſio/ Gregorio / et Auguſtino/ Bernardo/ Chryſoſtomo / Damaſceno/ Hilario/ Iſidoro/ ⁊ ꝙplurimis alijs. Et modo vltimate voluit habere in eccleſia dei iſtū ſanctū et profundū doctorē beatū thomā: cui tradidit deus ſpiritū ſcientie: ſicut ip̄e dicit. Optaui ⁊ datus eſt mihi ſenſus: et inuocaui: et venit in me ſpūs ſapientie. Sap̄. vij. Ut ſic tandē per ſcientiā a ſpirituſancto ſibi traditā errores hereticoꝝ ⁊ gentilium ab eccleſia eijceret et extirparet: ⁊ ſic demonia ab eadē eijceret: qꝺ et fecit. nam ſuper oēs doctores qui ſunt in eccleſia: errores ⁊ hereſes extirpauit: et veritatem fidei per ſuā doctrinā defendit. ſicut ptz in quodā libro ſpeciali qui vocaꝭ ſumma cōtra gentiles. quem ad cōfutandū errores hereticoꝝ et gētilium: et ad defendēdū veritatē doctrine xp̄i et fidei: articulos compoſuit ⁊ dictauit: in quo recepit ꝓ themate. Ueritatē meditabitur guttur meū. Et ſic pz ꝙ iſte ſctūs doctor beatus thomas: cuius hodie feſtū colit eccleſia: per ſuā doctrinā a ſpūſancto: qui ꝑ digitū dei intelligitur: traditā: errores/ hereſes/ ab eccleſia fugauit: ⁊ ſic demonia ab eadē eijcit: ⁊ hoc eſt quod ipſe in themate per me ſumpto nobis de ſeipſo proponit dicens. In digito dei. i. in ſpūſancto/ per ſcientiā ab eo traditā mihi: eijcio demonia. i. errores demonioꝝ ab eccl'ia. ergo in digito dei eijcio demonia. In quibus verbis btūs thomas tria nobis oſtendit.

Primo oſtendit virtutē alte excellētie: ibi. In digito dei. in p̄ma p̄te thematis.
Scd̄o demonſtrat actū prepotētis efficacie: ibi. eijcio. in ſcd̄a parte thematis.
Tertio innuit obiectū plenū oī malicia: ibi. demonia. in tertia parte thematis.

Prima pars.

¶ Dico primo ꝙ in verbis preaſſumptis btūs thomas oñdit virtutem alte excellētie cum dicit. In digito dei. Ubi ſciēdū ꝙ beatus Ambro. tractās iſtud verbū dicit/ ꝙ per digitū dei intelligitur virtus operatiua patris et filij: quā dicit eſſe ſpūſanctū iuxta illud. j. Coꝝ. xij. Hec oīa operatur vnus atq; idē ſpūs: diuidens ſingulis prout vult. Et in ſignum hui⁹ verbi Lucas dic̄. In digito dei. mattheus dicit. In ſpū dei. qꝺ idē eſt. Ratio aūt quare ſpūſctūs d̄r digitus dei: eſt duplex. Prima: q: ſicut brachiū ꝓcedit a corpore: ⁊ digit⁹ a corpore et brachio: ita dei filius emanat a patre ſolo ꝑ generationē eternā: ſicut brachiū a corpore ſolo: ⁊ ſpirituſſanctus a patre et filio procedit ſicut digitus a corpore et a brachio. iuxta illud Ioh. xv. Cū venerit paraclytus: quē ego mittā vobis a patre ſpm̄ veritatis: qui a patre procedit. Scd̄a rō quare ſpūſctūs dicitur digitus dei eſt: q: ſicut inter alias partes corporis humani in digitis apparet diſtinctio et debita cōmēſuratio. vnde dicūtur digiti quaſi decenter diuiſi: vt dicit papias. Et q: ꝙꝙ digiti ſint abinuicē diſtincti: oēs tñ ſunt eiuſdē man⁹: ſic ſpirituſſanctus lz in ſe ſit vnus decēter ⁊ ſm menſurā quandā ſm magis et minus diuidit dona ſua. iuxta illud. j. Coꝝ. xij. Diuiſiones gratiarū ſunt: idē autē ſpūs. Digitus aūt iſte. ſ. ſpūſſanctus dat virtutem ſciētie theologie vt pugnet contra demones: eoꝝ errores extirpando. et vt melius pugnaret dixit. Sume arma tua: ⁊ pharetram: ⁊ arcū et egredere foras. Gen. xxvij. ſcz ad pugnandū cōtra demones. Sume ergo arma: nō quecunq;: ſed ſacre ſcripture. Sacra ſcriptura eſt pharetra: ⁊ eſt arc⁹ Primo eſt pharetra. nā ſicut in pharetra abſcondūtur iacula quibus inimicus percutitur et vulneraꝭ: ſic in ſacra ſcriptura latēt quattuor ſenſus principales. hiſtoricus/ allegoricus/ tropologicus/ et anagogic⁹; et multi alij ſenſus ꝑticulares quaſi D

infiniti: quibus mediātibus errores hereticoꝝ ⁊ infideliū per demonē ſeminati: expugnātur ⁊ eijciunꝭ. Et ideo btūs Augu. ſuꝑ Gen̄. ad l'ram/ hortaꝭ nos ad legendū libros ſacre ſcripture: vbi latent ſenſus ſicut iacula in pharetra dicēs. In oībus libris ſacre ſcripture opz ītueri q̄ eterna intimenꝭ/ quātū ad ſenſum anagogicū. que facta narrenꝭ/ quātū ad ſenſuz hiſtoricū. que futura nūcienꝭ/ quātū ad allegoricū. que agēda precipiātur ſeu moneanꝭ/ quātū ad tropologicū. Propter qꝺ pōt dicere ſctūs thomas. In pharetra ſua abſcōdit me. Eſa. xlix. Scd̄o eſt arc⁹ ſacra ſcriptura nā ſicut ꝑ arcū emittunꝭ ſagitte ꝯ aduerſariū: ſic per ſacram ſcripturam fiūt ⁊ formātur argumēta cōtra hereticos. fiūt ſolutiones ad denudandū eoꝝ ſophiſmata et ideo dicit Greg. xix. moral. c. vlti. Ab arcu ſacre ſcripture de⁹ ſagittas emittit: q: ad eos quos per timorē corripit: accēſas verborū ſn̄ias mittit. Sic armauit ſe xp̄s in deſerto ad pugnādū cū diabolo. nā cōtra oēs ictus diaboli ſemꝑ appoſuit ſcutū vel clypeū ſacre ſcripture. Nā tribus lanceis diaboli xp̄s oppoſuit ſibi ſcutum vel clypeū dī. Scriptū ē. Nō ī ſolo pane viuit hō: ſz in oī verbo quod ꝓcedit ex ore dei. Deuꝭ. viij. Scd̄a fuit qñ diabolus ſtatuit eū ſupra pinnaculū tēpli ⁊ dixit ei. Si filius dei es mitte te deorſum. Cui xp̄s oppoſuit clypeū ſacre ſcripture dī. Scriptū ē. Nō tētabis dn̄m deū tuū. Deuꝭ. vj. Tertia fuit qñ diabolus aſſumpſit eum ſuper montē excelſum valde: ⁊ oſtēdit illi oīa regna mūdi ⁊ dixit. Hec oīa tibi dabo ſi cadēs adoraueris me. Cui xp̄s ſtatim oppoſuit clypeū ſacre ſcripture dicēs. Uade retro ſathana. ſcriptū eſt em̄. Dn̄m deū tuū adorabis et illi ſoli ſeruies. Deuꝭ. vj. et. x. Tūc reliquit eū diabolus. Et ſic vict⁹ eſt ⁊ eiectus per magiſtrū ⁊ doctorē nr̄m xp̄m. Cuius modū ſumpſit ſctūs thomas ⁊ exēplum: qui in oībus libris ſuis tam in ſcriptis ſupra ſn̄ias: ꝙ in ſummis: ꝙ etiā in ſumma cōtra gētiles/ reprobādo errores gentiliū/ et hereticoꝝ: contra doctrinā demoniorū ſemꝑ fundat dicta ſua in aliquo textu ſacre ſcripture; vel in dicto alicuius autoris autētici: qꝺ nō oēs doctores moderni faciunt. et ſic ſemper muniuit ſe/ et doctrinam ſuam armis ſacre ſcripture. Et ſic tanꝙ fortis armatus preliatur contra demonem et eum ad terram eijcit: ⁊ ab eccleſia expellit. Et q: virtus pugnandi: per quā eijcit demonia: eſt ſibi data a deo: iō de tāto dono regratiatur dicēs pſ̄. cxliij. Benedictus dn̄s deus meus q̄ docet manus meas ad preliū: et digitos meos ad bellum. Et iſta attendentes demones. et conſiderantes vlterius ꝙ tempore doctorum antiquoꝝ. ſ. origenis/ athanaſij/ hilarij/ et damaſceni. qui opera miranda fecerunt: tunc magi pharaonis/ hoc eſt heretici demonū ſectatores/ multos errores ſeminauerunt. et hoc reſpondet primo ſigno moyſi. Secundo tempore Hiero. ambroſij/ auguſtini/ et gregorij: q: opera mirabiliora fecerunt: tunc etiam magi pharaonis/ hoc eſt heretici demonū ſectatores in errores varios ſunt prolapſi. tēpore enim iſtorum fuit ſecta manicheorū: et hoc reſpondet ſecūdo ſigno moyſi. Tertio modo in fine tēporis beati thome ⁊ aliorum doctorum ſuo tempore cōcurrētium propter claram doctrinā ſanam et fundatam ſanctiſſimi doctoris: iā magi pharaonis/ hoc eſt heretici tacent vidētes reprobationem errorum ſuoꝝ in operibus ſancti thome late/ ⁊ clare traditam. Uix inuenies aliquem errorem: cuius reprobationem in libris ſancti thome nō inuenias: et ſignanter in ſumma contra gentiles: et ideo heretici et demonū ſectatores in doctrina ſancti thome tāꝙ in tertio ſigno velut magi pharaonis deficientes: confitentur deo quod magi confeſſi ſunt de moyſe dicentes. Digitus dei eſt hic. Exodi. viij. E

¶ Ut autem aliquid loquamur moraliter ſm tempus: notādum ꝙ per digitum dei intelligiꭍ penitētia ſacramentalis. Cuius ratio eſt: ꝙ vſus digiti eſt ad tria.

Primo digito pulſum tangimus.
Secundo digito ſcribimus.
Tertio digito feces eijcimus.

Sic ſpūaliter ꝑ pn̄iam pulſus cordis tangitur. per cōtritionē pctā ſcribūtur. ꝑ confeſſionē feces. i. affectus peccādi expellūtur ꝑ ſatiſfactionē. Et q: ſancta mater eccleſia nunc abundat in penitentia: poteſt dicere illud Cañ. v. Man⁹ mee ſtillauerūt myrrhā: et digiti mei pleni myrrha probatiſſima. Ubi aduertendum ꝙ per myrrhā que eſt amara: denotaꭍ auſteritas pn̄ie: q̄ dz eſſe in quinq; digitis: vel in quinq; rebus ad pn̄iam pertinētib⁹ q̄ quidē digiti

ſunt pollex/index/medius/medicus/ au⸗
ricularis. Pollex eſt cõtritio. index eſt cõ⸗
feſſio. medius eſt ſatiſfactio. medicus eſt
cordis dilectio. auricularis vel minimꝰ ẽ
cordis humiliatio. Hi autem quinqꝫ digi
ti fundantur in gratia: ſicut quinqꝫ digiti
F in vna manu. ¶ Pollex eſt cõtritio cordis
qꝛ pollet virtute. Rõ eſt: qꝛ ſicut alij digi⸗
ti parũ poſſent ſine pollice: ſicut cetera q̃
requirũtur ad pñiam: vel parũ/vel nihil
põt ſine contritione. Huius aũt pollicis
due ſunt iuncture: qꝛ conteri debemus de
duobus. ſ. de operatione ⁊ omiſſione. Si
cut enĩ conteri debemus de his que male
egimus: ita ⁊ cõteri debemus de bonis q̃
facere potuimus: et nõ fecimus: ſed omi⸗
ſimus. Et iſte eſt ille digitus qui precipit̃
Leuit. iiij. intingi in ſanguine hoſtie ĩmo
late. in emũdationem leproſi: et ſic ſtatim
pctm̃ qꝺ per leprã deſignat̃ eijcit̃ ab aĩa.
cõtritio dꝫ eſſe in ↄſciẽtia deo oblata. Sa
crificiũ deo ſpũs cõtribulatus. pſ. l. Sed
reuera multi habẽt iſtũ digitum paralyti
cũ: qꝛ nõ dolent de peccatis: immo quan⸗
doqꝫ iactãt ſe. de quibus loquitur ſapiẽs
Prouerb. ij. Letãtur cũ malefecerint: ⁊ ex
ultant in rebus peſſimis. Et hoc eſt valde
malũ ſignũ nõ dolere de quibus dolendũ
eſt. ſicut enĩ mẽbrum aridũ incurabile eſt:
vel raro curatur. ſic cor ſine cõtritione ra⸗
ro ſaluatur vel nũq̃. Unde ſicut deũ tene
mur ſuper oĩa diligere: ſic de eius offenſa
tenemur ſuper oĩa diſplicentiam habere.
¶ Index eſt cõfeſſio. cuiꝰ rõ eſt: qꝛ ſicut in
dice aliquid oſtẽdimus: ſic per cõfeſſionẽ
cor pctõris alteri. ſ. confeſſori debet oſten
di. Iſtius digiti tres ſunt articuli ſiue iũ⸗
cture ſm ꝙ tria pertinent ad ipſam con⸗
feſſionem.
Primo ꝙ fiat cui debet.
Secundo de quibus.
Tertio quando debet.
Primo cui dꝫ: qꝛ habẽti autoritatẽ abſol⸗
uẽdi vel de iure cõi: vel ex priuilegio: quia
ſnĩa a non ſuo iudice lata eſt nulla vt ha⸗
betur in decretis. iij. q. viij. accuſatores. ⁊
in pluribus alijs locis. Itẽ de quibus de
bet. ſ. de ſingulis pctĩs mortalibꝰ in indi⸗
uiduo: eo modo quo debet̃: vel tenent̃ in
memoria: ⁊ de oĩbus circũſtãtijs trahẽti⸗
bus ad genus vel ſpeciẽ pctĩ mortalis: vt
hr̃ de peni. diſt. v. nõ enĩ ſufficit dicere in
gñali: ſed tenetur dicere pctã in ſpeciali,
nec ꝓpter verecũdiã debet dimittere: nec
ꝓpter verecundiã diuerſa dicat. vt habet̃
de peni. diſt. j. circa finẽ. Itẽ qñ debet. nõ
enĩ dꝫ differre pctã plus q̃ ꝑ annũ: vt ha⸗
betur de peni. ⁊ remiſ. c. oĩs vtriuſqꝫ ſexꝰ.
Talis enĩ q̃ ſcienter et malicioſe differret:
eſſet reus mortis eterne tãq̃ tranſgreſſor
precepti eccl'ie. et dꝫ carere introitu eccle
ſie: ⁊ eccleſiaſtica ſepultura: vt in dicta de
cretali cõtinetur. Et de tali cõfeſſione poſ
ſumus dicere ꝙ eſt ille digitus index quo
Iohãnes demõſtrauit agnũ dei. Ioh. j.
qꝛ abſolutio ſacramentalis poſt verã con
feſſionẽ/xp̃m introducit: et oſtẽdit mãſue
tũ inquantũ offenſam cõdonat: ⁊ penam
eternã in tẽporalẽ commutat. Sed hodie
multi xp̃iani nec ſciunt nec volunt dicere
pctã ſua: immo volũt ꝙ cõfeſſor prius di⸗
cat. et etiã ꝙ ipſe reuelet eis illud qꝺ ipſi
fecerunt ſicut nabuchodonoſor: qui vole
bat ꝙ ſapiẽtes dicerent ſibi ſomnium: de
quo nõ recordabat̃ ⁊ interpretationẽ eiꝰ.
Dañ. ij. ¶ Mediꝰ ẽ ſatiſfactio. Cuiꝰ rõ eſt:
qꝛ ſicut ille digitꝰ eſt lõgior alijs: ita ſatiſ⸗ b
factio plus durat q̃ aliq̃d predictorũ. qꝺ
ptꝫ. nã per vnã horã põt homo conteri et
cõfiteri: ſed ad ſatiſfaciendũ indiget lon⸗
giori tẽpore. Et etiã huiꝰ digiti ſunt tres
articuli vel iuncture: qꝛ tres ſunt partes
ſatiſfactionis. ſ. ieiuniũ/oratio/ elemoſy⸗
na. Iſtis enĩ tribus modis ſatiſfacit quis
de pctĩs: cõtra tria vitia generalia. ſ. luxu
riã/ſuperbiã/et auariciã. Nã contra luxu
riã eſt ieiuniũ: vt caro domet̃. cõtra ſuper
biã oratio: vt ſpũs humiliet̃. cõtra auari⸗
ciã elemoſyna: vt cor frigidũ inflãmetur.
Hic eſt digitus theologie qui figẽdus eſt
in latere xp̃i/ſicut habet̃ Ioh. xx. Qui enĩ
dubitat auſteritatẽ pñie aſſumere: dꝫ pe⸗
nitentiã xp̃i/ penam/et paſſionẽ/ plagas
et flagellationem cõſiderare: quia hoc fa
cit pñiam quantũcũqꝫ magnã quaſi nihil
apparere. Si ergo dubitas accipere ſatiſ
factionẽ: dicit tibi xp̃s. Infer digitũ tuũ
huc: et vide manus meas: ⁊ pedes meos.
Et cognoſce ꝙ non ſunt condigne paſſio⸗
nes huiꝰ tẽporis ad futurã gloriã: que re⸗
uelabitur in nobis. Roma. viij. ¶ Medi⸗
cus eſt vera dei dilectio. Rõ eſt: qꝛ ſicut in
ipſo portatur anulus in ſignum amoris ⁊
dilectionis: ſic pñia dꝫ ſuſtineri nõ ſolum
timore: ĩmo amore diuino. dilectio enĩ ne
ceſſaria eſt ad remiſſionẽ peccatoꝝ: ꝓpter

quod Luc. vij. dixit xp̃s de magdalena. Di
miſſa ſunt ei peccata multa: quoniam di⸗
lexit multum. Nota ꝙ ad hũc digitũ que
dam vena venit et procedit a corde: ad in
nuendum ꝙ charitas debet de corde pu⸗
ro et conſcientia bona procedere ſm apo
ſtolũ. j. Timoth. j. Huius digiti ſunt tres
iuncture correſpõdẽtes tribus diligibili⸗
bus: quia tria debemus diligere. ſ. deum/
noſipſos/et proximos. Huius digiti par⸗
tem ſubtrahunt illi qui propter parentes
faciunt contra ſalutem/propriam volũta
tem ſequentes: faciũt contra voluntatem
dei diaboli ſuperbiam amplectentes: op⸗
primũt proximum ipſumqꝫ accuſando et
malicioſe: non aduertẽdo ꝙ xp̃s inclinãs
ſe ad paſſionem cum magno feruore dile⸗
ctionis: iſto digito ſcribebat ĩ terra: quia
mulieri inique accuſate parcebat. Iohis
viij. In hoc enim proximos tenemur dili⸗
gere: vt de eoꝝ perditione doleamꝰ: et ad
correptionem eoꝝ quotidie laboremus. ſi
cut habet̃ in decretis. xxiij. q. iiij. nõ põt.
b et. q. vij. quicunqꝫ vos. ¶ Quintus digitꝰ
eſt auricularis ſiue minimus: ⁊ ſignificat
cordis humilitatẽ. Cuius ratio eſt: qꝛ licꝫ
iſte digitus ſit minimus in quãtitate: eſt
tñ valde fortis in claudẽdo. Sic recte ſm
Grego. in homel'. qui ſine humilitate vir⸗
tutes congregat: puluerem in ventũ por⸗
tat: et vnde aliquid falſe cernitur: inde de
terius cecatur. ⁊ dr̃ de penitẽ. diſt. ij. circa
principiũ: ꝙ humilitas eſt penitentie fun
damentum. Huius digiti ſunt tres iũctu
re. ſ. ſubdere ſe ꝓpter deũ ſuperiori: equa
li: inferiori. et ideo dicit Grego. Perfecta
humilitas habet tres gradus.
Primꝰ gradus eſt ſubijcere ſe maiori. hic
vocatur ſufficiens: qꝛ ſufficit aliquem ſic
humiliari oĩ iuſto. ⁊ hic eſt neceſſarius.
Secundus gradus eſt ſubdere ſe equali.
Tertius non preferre ſe minori.
Iſtum digitũ non habent ſuperbi: qui cõ
temnunt ſuperiores equales et minores.
Hoc digito caruit ſuperbus Roboam: q̃
dixit. iij. Reg. xij. ⁊. ij. Para. x. Minimus
digitus meus groſſior eſt dorſo pr̃is mei.
et ideo perdidit. x. tribus: ⁊ remanſerunt
cum eo tm̃ due. Sic ſuperbus perdit per
peccatum gloriam ⁊ regnum celorum: qꝺ
conſiſtit in decem ordinibus beatorum: ⁊
non remanẽt ſibi niſi duo. ſ. infernus pro
anima. et ſepulcrum pro corpore. Et ſic ex
plicit ſermo. Deo gratias.

¶ In feſto btĩ Thome de aquino/docto⸗
ris eximij. Sermo. iiij.

ACceſſerũt ange a
li: et miniſtrabãt ei. Mat.
iiij. c. originaliter: ⁊ in euã
gelio occurrentis domini⸗
ce verbuꝫ ſcribitur per me
ſumptum. Q̃ꝫ thema pñſens litteraliter
intelligatur de chriſto: cui poſtq̃ ſupera⸗
uit tentamenta diaboli in deſerto: angeli
acceſſerunt et miniſtrabant: vel erant mi
niſtrantes neceſſaria: poteſt tamen ſpũa⸗
liter applicari beato Thome doctori egre
gio: ꝙ acceſſerunt angeli et miniſtrabant
ei. Pro cuius thematis introductione et
declaratione/ eſt notandum ꝙ q̃q̃ Pla⸗
to ponat ꝙ anima creatur plena ſcientia
et in vnione ad corpus propter molẽ car⸗
nis obliuiſcitur omnium: et ꝙ deinde ſuc
ceſſu tẽporis incipit recordari de his que
prius ſciuerat: ita ꝙ ſcientiam quam ho⸗
mo acquirit: non eſt niſi quedam recorda
tio. Hoc tamen eſt falſum ſicut reprobat
Albertus magnus in commento ſuper li⸗
brum de anima: tenendo viam Ariſto. di⸗
centis: ꝙ anima in principio ſue creatio⸗
nis eſt tanq̃ tabula raſa in qua nihil de⸗
pictum eſt: perficitur autem ſciẽtia et vir
tutibus. iij. de anima. Quia ergo ſcientia
et virtutes perficiunt animam: ⁊ ſcientia
eſt perfectio intellectus: cum om̃e imper⸗
fectũ appetit perfici. in. j. Phyſ. ſicut pa⸗
tet de materia que appetit formã: vt ꝑ eã
perficiat̃. hinc eſt ꝙ omnes homines na⸗
turaliter ſcire deſiderant: vt dicit phs in
principio Metaphy. Quod conſiderans
ſanctus Thomas: cũ eſſet puer paruulus
intrans ordinem predicatorum: magnum
deſiderium habuit ſciendi: vt per hoc ani
ma ſua perficeretur. ꝓpter quod ſub ma⸗
giſtro ſuo magno Alberto pro ſcientia ac
quirenda laborioſiſſime inſudauit. Dedi
cor meum vt ſcirem prudentiam atqꝫ do⸗
ctrinam. Eccl's. j. dicit ſanctus Thomas.
Cõſiderans inſuper ꝙ perfectio ſciẽtie et
precipue ſapientie vel ſciẽtie diuine/ non
põt obtineri humano ingenio ſolum: niſi
deꝰ dederit. qꝛ oĩs ſapiẽtia a dño deo eſt.
vt dicit ſapiẽs Eccl'i in. c. j. iõ contempla⸗
tioni ſe dedit: orans iugiter ad dñm pro

ſapiētia obtinēda:cū ſapiēte dicens. Da
mihi dñe ſediū tuarū aſſiſtricē ſapientiā.
ꝛ ſequit̄. Mitte illā de celis ſctīs tuis: ꝛ
a ſede magnitudinis tue: vt mecū ſit: et
mecum laboret: vt ſciam quid acceptum
ſit apud te. Sap. ix. Deus ergo qui dat
oībus affluenter:et nō impꝛoperat: cōtu
lit ſancto Thome donū ſciētie: qđ ipſe cō
ſiderans dicit. Optaui et datus eſt mihi
ſenſus: ꝛ inuocaui. ſ. dñm pꝛo ſapiētia ob
tinenda:et venit in me ſpūs ſapientie: et
pꝛopoſui illā regnis et ſedibus: et diui/
tias nihil eſſe dixi in comparatiōe illius
Sapien. vij.

B ¶ Quomodo aūt deus dederit ſibi ſapiē/
tiā mediate vel immediate: ſciendū eſt ꝙ
ſm Dionyſiū in de celeſti hierarchia/taꝫ
in textu ꝙ̄ in commentis in cap. x. quod
incipit. Connexa eſt ꝛc. ꝙ cū in celo tres
ſunt hierarchie angeloꝝ. ſ. ſupꝛema/ me/
dia/et infima. Ipſa ſupꝛema q̄ eſt pꝛima
ab ipō deo īmediate purgat̄/ illuminat̄/
ꝛ perficit̄. purgatur oī ignoꝛantia. illumi
natur oī ſapientia. et perficitur omni dei
ficatione. Scđa ꝟo hierarchia purgatur/
illuminatur/et perficitur a pꝛima. Tertia
a ſcđa. humana ꝟo a tertia. Ex quo patet
ꝙ hoīes ab angelis īfime hierarchie pur
gantur ab ignoꝛantia: illuminant̄ in ſciē
tia: et deificantur in firma adherentia.
Sic moyſes ꝑ angelos in monte ſinai il/
luminatus fuit:et in lege inſtructus. naꝫ
per angelos data fuit ei a deo lex. ſcribit̄
eñ Actuū in cap. vij. Accepiſtis legem in
diſpoſitione angeloꝝ. Quia ergo ſanctus
Thomas accepit a deo donum ſcientie:
tam ſcientiarum naturaliū/ ꝙ̄ etiā ſciē/
tie diuine: per quā habuit cognitionem
creaturarū et creatoꝛis: hoc accepit ī mi
niſterio angeloꝝ: qui populum purgaue/
rūt ab omni ignoꝛātia: illuminauerūt in
oīi ſciētia: perfecerūt ipm vniendo deo
per charitatē et ſic deificauerūt: ꝛ ſic deꝰ
contulit ſcientiā ſancto thome nō imme/
diate: ſed mediātibꝰ angelis. de quo pōt
intelligi nr̄m thema. ꝙ acceſſerūt angeli
et miniſtrabāt ei. Acceſſerunt. ſ. angeli ad
ſanctū thomā ex parte dei/ipſum purgan
do illuminando et perficiendo. miniſtra/
bant ei. ſcꝫ donū ſciētie et alias virtutes.
Acceſſerūt ergo angeli et miniſtrabāt ei.
quod fuit thema. In quibus ꝟbis de no
ſtro glorioſo doctoꝛe ſancto thoma duo
notantur/iuxta thematis duas partes.
Pꝛimo oſtendit̄ ſocietas valde honoꝛa/
bilis in hoc ſcilꝫ ꝙ acceſſerūt angeli. in
pꝛima parte thematis.
Scđo notatur dignitas incomparabilis
in hoc ꝙ angeli miniſtrabāt ei. in ſcđa
parte thematis.

Pꝛima pars.

¶ Dico pꝛimo ꝙ in ver/
bis pꝛopoſitis oſtendit̄ de ſancto thoma C
ſua ſocietas valde honoꝛabilis in hoc ꝙ
acceſſerūt angeli ad eū. ſ. ad ſuam ſocieta
tem. Pꝛo quo notandū ꝙ boni angeli a
q̄buſdam recedunt:et ad alios accedunt.
Recedunt a peccatoꝛibus: et accedūt ad
iuſtos. Recedunt a peccatoꝛibus non nō
dimittendo cuſtodiam vſqꝫ ad diem moꝛ
tis. Nam dicit Hierony. ſuꝑ illud Mat.
xviij. Angeli eoꝝ in celis ꝛc. Magna eſt
dignitas animarū vt vnaqueqꝫ ab exoꝛ/
dio ſue natiuitatis habeat angelū ad ſui
cuſtodiā deputatū. ſ. vſqꝫ ad moꝛtē. Sed
diſcedūt ab eis: q: non delectantur in eo/
rum ſocietate: cum vident eos: qui eis cō
miſſi ſunt: vitijs et peccatis varijs detur/
pari: īmo triſtantur de hoc: ꝛ ſeparant ſe
per aliquā diſtantiam localem ab eis. qđ
patꝫ ex quodam. Nam legimus de beato
Paulo ꝙ tantā gratiā habuit a deo ꝙ in
vultu cuiuſlibet cognoſcebat an eſſet in
peccato vel in gratia. et accidit ꝙ ſemel
dum beatus paulus eſſet in ianua ſancte
marie rotunde: vidit plures intrātes pul
chꝛas facies et ſplendentes habentes: et
angelos eoꝛum letos ad eoꝛuꝫ dextera la/
tera incedentes. Tandem vidit vnum ni/
gerrimū et turpiſſimum: quem diabolus
trahebat catena ad nares ligatuꝫ: et etiā
aderat multitudo demonū circa eū gau/
dentium. Angelus vero illius alōge in/
cedebat triſtis et merens/ex eo ꝙ ille qui
ſibi a deo fuerat commiſſus: ꝓpter vitia
et peccata: quibus irretitus erat: ſic tradi
tus erat demonum poteſtati. pꝛo quo oꝛa
uit paulus: et anteꝙ̄ exiret eccleſiam con
tritus et confeſſus eſt. Et cum egredere/
tur: vidit paulus eius faciem ſplendentē
et demones flentes. Angelum ꝟo ſuum
letum: ꝛ ad latus eius immediate ince/
dentem. Et ſic patet quomodo angeli tri/
ſtantur de peccatoꝛibus: et dolent: et ſe/
parant ſe ab eis modo ꝑdicto. et ideo ſcri

bitur Eſaie. xxxiij. Angeli pacis amare fle
bunt. Quod verbum ſm ſanctum Tho. li
cet intelligatur de nuptijs regis Ezechie:
et etiā de apoſtolis: qui fuerunt tanꝙ̄ an
geli: qui euntes ibant et flebant mitten/
tes ſemina ſua. vt ſcribitur in pſ̄. cxxv. po
teſt nihilominus ītelligi de ſanctis ange/
lis metaphoꝛice: qui cum ſint ſpiritus: fle
re non poſſunt: tamen habent ſe ad modū
flentium cum triſtātur de animarum eis
commiſſarum perditione. et ſic angeli re/
cedunt a peccatoꝛibus. Econuerſo autem
angeli accedunt ad penitētes/et viros iu
ſtos: et gaudēt de eoꝛum ſalute. quia gau
dium erit coꝛā angelis dei ſuper vno pec/
catoꝛe penitentiam agēte. Luc. xv. Et pꝛo
ītroitu materie reperio ꝙ angeli accedūt
ad viros iuſtos ad tria.
Pꝛimo accedunt ad adiuuandum.
Scđo accedunt ad liberandum.
Tertio accedunt ad recreandum.

D ¶ Dico pꝛimo ꝙ angeli accedūt ad viros
iuſtos ad adiuuandum. Pꝛo quo ſciendū
ꝙ peccatoꝛes non habent pugnam cū de
monibus: quia ſunt eis ſubiecti. nam ſm
Grego. illos tentare negligit: quos quie/
to iure ſe poſſidere ſentit. Iuſti autem et
viri ſancti maxima demonum ſuſtinēt ten
tamenta: ꝛ ideo oꝛauit dauid ad dominū
in pſ̄. xxiiij. dicens. Reſpice inimicos me/
os: quoniam multiplicati ſunt: ꝛ odio ini
quo oderunt me. Verſus iſte poteſt intel/
ligi de hoſtibus ſpiritualibus: qui multi/
plicantur aduerſum nos ſm haimonem.
Sicut enim radius ſolis plenus eſt ato/
mis: ſic aer iſte caliginoſus plenus eſt de/
monibus. et pꝛopter hoc dicit Grego. ix.
moꝛal. Niſi deus cū verberibus tentamē/
ta modificet: nullus ita perfectus eſt: qui
malignoꝛum ſpirituum inſidias non coꝛ/
ruēs ſentiat. hec ille. Sed tamen hoc ha/
bemus ſolatij: ꝙ contra ipſos habemꝰ au
xiliū ſufficiēs: quia ſicut dicitur. iiij. Reg.
vj. plures ſunt nobiſcum ꝙ̄ cū illis. quia
omnes angeli boni partem noſtrā defen/
dunt: quos conſtat plures eſſe: quia ſola
pars tertia ſtellarum cecidit. Dixit Soli/
nus de elephantibus/ꝙ ſi quando iungū
tur: ſeu inuaduntur: non modicam curam
habēt de ſocijs. nam feſſos laceratoſqꝫ in
medio ſui recipiunt. Sic in pꝛopoſito an
geli ꝛ homines bellum habent commune
videlicet contra dꝛaconem. Ipſi ꝟo ange
li non modicam curam habent noſtri: qui
ſumus huius pugne ſocij. feſſos eñ ꝛ vul
neratos in hoc bello in medio ſui recipi/
unt: vt ab ipſis pꝛotegamur. vnde de Ia/
cob timente dicitur Geneſ. xxxij. Fuerunt
ei obuiam angeli dei: quos cū vidiſſet ait.
Caſtra dei ſunt hec. Et ſic patet quomodo
angeli iuuant iuſtos ad pugnandum con
tra demones. et iđ dicit dauid ī pſ̄. xxxiij.
Immittet angelus domini in circūitu ti/
mentium eum. Angeli enim circundāt ho
mines in bello ſpirituali: ne cadant. Pꝛo
quo nota ꝙ ſm Vegetiū in lib. de re mili E
tari: ꝙ exercitus tranſiturus fluuium de/
bet oꝛdinari diligēter: quia in tranſitu flu
uioꝝ grauis moleſtia ſepe negligentibus
emergit: ideo acies due equitum oꝛdinan
de ſunt. vna quidē in ſuperioꝛi parte flu/
minis. et alia inferius: inter quas debent
trāſire pedites. ſuperioꝛ enim acies equi/
tum minuit impetum fluminis deſcendē
tis. inferioꝛ autem habet recolligere ſub/
uerſos et ex vi fluminis deficientes. Sic
eſt in ꝓpoſito. nam fluuius etiā magnus
eſt fluxibilitas carnis. et iſta duo flumina
babylonis. i. confuſionis magno impetu
recurrunt in mare moꝛtuum. i. inferni. to/
ta autem eccleſia dei eſt ſicut exercitus pe
ditum: quia terram tangit. angeli ꝟo qui
eleuati ſunt/quaſi equites. Oꝛdinauit er
go deus dum iſta flumina trāſimus: ſic an
geloꝛum acies: vt quaſi vna fluctus tenta
tionum et tribulationum mitiget. Altera
ꝟo patientes et ſubuerſos ſurſum eleuet:
ne penitus ſubmergantur: et ideo quādo
incipimus deficere: ſtatim ad angelos eſt
recurrēdum. et ideo dicit beatus Ambꝛo.
in lib. de viduis. Infirma caro: mēs egra
eſt: et peccatoꝛum vinculis impedita: ad
medici illius ſedem. ſ. chꝛiſti. debile nō po
teſt explicare veſtigium: obſecrandi ſunt
angeli pꝛo nobis: ad pꝛeſidium dati ſunt.
hec Ambꝛo. Ad pꝛopoſitum beatus Tho/
mas habuit triplicem pugnam cum mun
do. Cū enim eſſet nobilis ꝛ de genere co/
mitum aquinoꝛum/volēs mundum relin
quere oꝛdinem pꝛedicatoꝛum fuit ingreſ/
ſus: volens ſe iugo obedientie captiuare:
in paupertate viuere. pꝛopter quod mun
dus eum multum impugnauit: et pꝛeci/
pue fratres ſui carnales. Et ſignanter ſe/

mel cum eſſet in via cum ſocio fugiēs fratres ſuos: ipſi ꝟo venerunt et volentes ſibi exuere habitum ordinis predicatorꝝ/et non valentes: duxerunt eum captum. Et in hoc ſimilis fuit beatꝰ thomas patriarche iacob: qui etiam habuit pugnā cū fratre ſuo. et cum fugeret fratrem ſuum: vidit ſcalam cuius cacumen tangebat celū: et dominus innixus erat ſcale: et angelos aſcendentes et deſcendentes. Gen̄. xxviij. Quod myſterium vidit patriarcha iacob in ſcala? Certe per illam ſcalam intelligit̄ chriſtus. nam vna pars erat in terra: altera ꝟo tangebat celum. in hoc cognouit ꝙ debebat humanari. Duo latera ſunt due nature in xp̄o. Quattuor gradus ſunt humilitas in natiuitate. Philip. ij. Semetipſum exinaniuit formam ſerui accipiēs. Paupertas in preſepio. Luc̄. ij. Inuenietis infantem pannis inuolutum et poſitū in p̄ſepio. Charitas in ꝓgreſſu vite. Mādatum nouum do vobis vt diligatis inuicem. Jobis. xiij. Obedientia in paſſione. Philip. ij. Factus obediens vſqꝫ ad mortē: mortē aūt crucis. Vidit angelos aſcendentes et deſcendentes: qui ſibi hoc reuelauerunt: ac ipſum confortauerunt. Quid per iacob/qui interpretatur luctator: niſi ſanctus thomas: qui cū fratribus ſuis luctatus fuit. Realiter iſte iacob. ſ. ſanctus thomas vidit ſcalam. ſ. ſacram ſcripturā: cuius latera ſunt nouū ⁊ vetus teſtamentum. quattuor gradus ſunt quattuor ſenſus ſacre ſcripture. angeli aſcendunt et deſcendunt ſanctis doctoribus myſteria ſcripture reuelando. Et per huiuſmodi reuelationes ſanctus thomas fuit ſic cōfortatus ⁊ inflammatus amore ſacre ſcripture ꝙ mundū et fratres ſuos vicit. Et hec de confortatione angelorum. propter qđ poſſumus ſibi dicere. ſancte thoma. angelis ſuis mādauit de te: vt cuſtodiāt te in omnibus vijs tuis. pſ̄. xc. et Matth. iiij.
F Habuit etiam ſanctus thomas pugnā cū carne. quia caro concupiſcit aduerſus ſpiritum: ſpiritus autem aduerſus carnē. Galath. v. Et ſignanter ſemel cū eſſet captus per fratres ſuos carnales: vt dimiſſa religione rediret ad mundū: cum eſſet in quadam turri: fecerunt ingredi ad eum quandam domicellam; vt eum prouocaret ad immundiciam luxurie: et ſic tandem eū reuocaret a ꝓpoſito religiōis. Qui de igne titionem arripiēs: ſuggeſtricem de camera effugauit: et facto ſigno crucis in oſtio camere: dominum cum lachrymis precabatur: vt ſibi daret perpetue cingulum caſtitatis. Cui mox duo angeli affuerunt: et eum circa renes ſtrinxerunt dicentes. Ex parte dei te cingimus cingulo caſtitatis: quod nullatenus diſſoluetur. ⁊ extūc nullum ſenſit carnis ſtimulum. ⁊ ſic angeli eū iuuerunt contra carnem: et vicit eam. Habuit inſuper pugnam cū demonibus. demones enim multum conantur decipere homines in fide: et circa hoc magnam pugnam faciunt: et maxime chriſtianos infeſtāt. et ideo hortatur nos beatus Petrus dicens. Sobrij eſtote et vigilate: quia aduerſarius veſter diabolus tanꝙ̄ leo rugiens circuīt: querens quem deuoret. cui reſiſtite fortes in fide. j. Pet̄. v. Et ſi omnes habeamus pugnam cū demonibus: multo magis doctores legendo/diſputando/docēdo: et precipue ſanctus thomas: qui ſpecialem librū fecit qui intitulatur Sūma contra gentiles. in qua deſtruit errores omnium gentilium philoſophorum et hereticorum. Dic quomodo quando faciebat iſtum librum: fuit inuitatus per regem Francie: et ſtans in menſa in extaſi: et dans cum manu in menſa dixit. Cōcluſus eſt arrianus. Et in extirpatione tātorum errorum/ꝓculdubio habuit ſanctus thomas ſubſidium ſanctorum angelorū: propter quod ipſe poteſt dicere in cōdemnationē et victoriā demoniorum cum Daniele. vj. Deus meus miſit angelum ſuū: et concluſit ora leonum. ſ. demonū: ⁊ non nocuerūt mihi: quia coram eo iuſticia inuenta eſt in me. Et hec de primo.

B ¶ Dixi ſecundo ꝙ angeli accedunt ad iuſtos viros ad liberandum. Patet de loth: qui fuit liberatꝰ per angelum de ſubuerſione ſodome. Geneſ. xix. Item etiam patet de beato petro Actuum. xij. qui fuit captus incarceratus ⁊ vinculatus per neronem: et cum eſſet petrus in carcere dormiens inter duos milites vinctus catenis duabꝰ: tunc angelus dn̄i aſtitit: ⁊ lumē refulſit in habitaculo carceris percuſſoqꝫ latere petri excitauit eum dicēs. Surge velociter. et ſtatim ceciderunt catene de manibus eius. Et ſic angelus liberauit eum. Sic beatus thomas fuit captus et incarceratus per fratres carnales: et per duos annos cum dimidio turris cuſtodie mancipatus. Liberatus autem fuit cauſa illorum duorum angelorum: qui eum ſtrinxerunt circa renes. nam extunc fuit ita firmatus in propoſito religionis: ꝙ mens eius nūꝙ̄ potuit a ſuo propoſito reuocari. et ſic habuerunt eum liberare: ⁊ per cōſequens illi angeli fuerūt cauſa liberationis eius: et per conſequens fuit per angelos liberatus. propter quod potuit dicere ſanctus thomas cū beato petro. Nunc ſcio vere quia miſit dominus angelum ſuum: et eripuit me. Actuum vbi. s̄. Et hoc de ſecundo.

D ¶ Dixi tertio ꝙ angeli accedunt ad confortandum vel ad recreandum. Patet de chriſto: qui cum eſſet in agonia et oraret Matth. xxvj. Mar. xiiij. et Luce. xxij. Pater mi: ſi poſſibile eſt tranſeat a me calix iſte ⁊c̄. affuit angelus domini confortans eum. Patet etiam de helia: qui cum fugeret reginam iezabel: petiuit anime ſue vt moreretur. et obdormiuit in vmbra iuniperi. tunc affuit angelus domini: qui excitauit eum dicens. Surge comede. grādis enim tibi reſtat via. Et ſurgēs inuenit ad caput ſuum ſubcinericium panem: ⁊ vas aque. Et ſurgēs comedit: et ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebꝰ ⁊ quadraginta noctibus vſqꝫ ad montem dei oreb. iij. Regum. xix. Sic ſancto thome fatigato ex laboribus ſtudendi/docendi/dictandi/diſputādi/predicandi: affuit et magni cōſilij angelus chriſtus: de quo dixit Malachias cap. iij. Ecce ego mitto angelum meum. Cum em̄ oraret ante crucifixum requirēs an bene ſcripſit/tam in ſuis operibus/ꝙ̄ etiaꝫ in officio corporis chriſti quod dictauerat: reſponſum fuit ſibi ab angelo chriſto. Bene ſcripſiſti de me thoma. Quam ergo recipies ꝓ labore tuo mercedem? Et ille. Nullam aliam mercedem volo domine niſi teipſum. Tunc ſanctus thomas petiuit ab angelo magni cōſilij panem ad confortandum. panem. ſ. illum de quo Johannis. vj. Hic eſt panis qui de celo deſcendit. et ſic fuit ab angelo confortatus et recreatus ſicut helias. Et ſic patet quomodo angeli accedunt ad viros iuſtos ad adiuuādum: ad liberandū: et ad recreandum vel confortandum. Et hec de primo principali.

Secunda pars.

I ¶ Dixi ſecūdo principaliter ꝙ in verbis thematis preaſſumpti/oſtenditur de beato thoma dignitas incōparabilis. quia angeli miniſtrabant ei. in ſecunda parte thematis. Pro quo notandum ꝙ ſm̄ Thomam. j. parte. q. xcvj. art. j. et. q. cviij. articu. xxiij. homo et angelus poſſunt cōſiderari vel comparari aut ſm̄ naturam: et ſic minimus angelus eſt maioris dignitatis ꝙ̄ quicunqꝫ homo: cum ſit pure ſpiritualis: et ſpiritualia pfectiora ſint corporalibus: immo et chriſtus inquantum homo eſt minoris dignitatis ꝙ̄ quicūqꝫ angelus ſm̄ gradum nature. vnde dixit dauid in pſ̄. viij. Minuiſti eum paulominus ab angelis. Si ꝟo conſiderētur vel comparentur ſm̄ gratiam: ſic maior eſt minimus homo: ⁊ maioris dignitatis/ꝙ̄ maior angelus q̄ eſt in celo: et hoc propter gratiam vnionis: quia deus vniuit ſibi humanam naturam et non angelicam: ex quo magnam dignitatē habet. ⁊ ideo dicit apoſtolus Hebre. ij. Nuſꝙ̄ angelos apprehendit: ſed ſemē abrae apprehendit. Et etiam tāta eſt dignitas humane nature per gratiam vnionis: ꝙ adoratur adoratione latrie ꝑ angelos. idē apoſtolus Hebre. j. Adorent eum omnes angeli eius. et ideo ſubdidit dauid. Minuiſti eum ⁊c̄: ſed gloria et honore coronaſti eum ⁊c̄. in pſ̄. et propter hoc prohibitus fuit beatus Johannes euangeliſta poſt incarnationem ne adoraret angelū: quando angelus qui apparuerat dixit ſibi. Vide ne feceris. Conſeruus tuus ſum/et fratrum tuorum habentium teſtimonium ieſu. Apocalip. xix. Si ꝟo comparentur ſm̄ gloriam: ſic ſe habent tanꝙ̄ excedentia et exceſſa: quia quidam angeli excedunt aliquos homines: et quidam homines aliquos angelos ſm̄ maiorem vel minorem charitatem. Quia ergo ſancti angeli propter gratiam vnionis/ſunt minoris dignitatis ꝙ homines: ideo ſunt ſerui noſtri ⁊ miniſtri: ⁊ noſtre cuſtodie deputati. Oēs ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miſ

niſteriū miſſi propter eos qui hereditatē capiunt ſalutis. inquit apl's Hebre. j. In hoc ergo apparet dignitas incomparabilis ſancti thome: quia miniſtrabant ei. ſ. ſcientiā et ꝟtutes. Dic quomodo ī morte expoſuit monachis cantica canticoꝝ non ſine miniſterio angeloꝝ: et deīde quomodo miniſtrauerūt ſibi in morte preſtando obſequium: ⁊ ſociando animam ad gloriam ⁊c. Fac finem ⁊c.

¶ In feſto beati Georgij martyris. Ser. Uel etiā in feſto alterius martyris.

Labora ſicut bonus miles. ij. ad Timoth. ij. ſcribiť thema iſtud. Qr de glorioſo milite ſancto Georgio hodie eccl'ia ſolēnizat: ideo pro eius cōmēdatione/ et iſti? regni militū: quoꝝ ipſe capitaneus eſt et patronus: aliquali inſtructiōe: due contēplationes erunt in preſenti ſermone.

Prima tractabit de vna opatione exercitata p manus/ excogitata et imperata ad ſuū corpus defenſandū. labora. iuxta primā partē thematis.

Scda loquetur de doctrina ſup hoc data per approbatā ſcripturā: et repſentata in claro exemplari ad imitandū. ſicut bon? miles. iuxta ſcdam ptē thematis.

Sicut/ dicit ſimilitudinē et exēplaritatē. ita vt ſenſus thematis ſit talis: ꝙ p imaginationē dicať manui. tibi ꝯuenit corp? defendere: et circa hoc labora. Quomodo aūt debeas laborare: tradiť tibi in vno multū lucido et claro exemplari: ſicut hic ſcꝫ btūs Georgius bonus miles.

Prima pars.

¶ Dico in prima contēplatione ꝙ tractabit de vno opere ⁊c. labora. Reuerendi dñi doctores theologi: ſpecial'r Hugo de ſctō victore: querunt ⁊ tractāt/ hō in ſtatu innocētie ſi ī ſuis operibus habuiſſet laborem: et determinant ſic. Pro tanto aliqd opus vel exercitium diciť labor: qr habet rebellionē vel reſiſtētiā. vñ ꝫm pħm/ pro tanto celū mouetur ſine labore: qr ſuo motori nō reſiſtit. Cuꝫ igiť dicūt doctores homini in ſtatu īnocētie nihil fuiſſet rebelle aut reſiſtēs: ſequiť ꝙ opa et hoīs exercitia fuiſſent ſine labore. vñ de hoīe ī iſto ſtatu dicit Greg. xxxv. moral'. Homo preceptū qd ſeruaret accepit: cui ſi ſe voluiſſet obediēs ſubdere: ad eternā pueniſſet beatitudinē ſine labore. Sed ī ſtatu nature corrupte pñtis: quia hoī totū eſt rebelle et reſiſtens: nō ſolum in opationib? ſenſitiuis: ſed etiā in qbuſcūqꝫ intellectiuis hō hꝫ laborē. pš. lxxij. Exiſtimabā vt cognoſcerem: hoc labor eſt ante me. Et breuiter homo q in ſtatu īnocentie natus erat ad ſolatiū et recreationem. modo in ſtatu nature corrupte naſcitur ad penāʒ ad laborē. Job ī. c. v. Homo naſciť ad laborē. Modo eſt ita ꝙ qr hō ī ſuis opationibus hꝫ laborē: vt declaratū eſt: ⁊ pncipiū immediatū executiuū operationū ſit man?: hinc ſequiť ꝙ labor attribuiť et ꝓpe aſſignať manui. vñ de Joſeph dr in pš. lxxx. Man? ei? in cophino (al's in laborib?) ſeruierunt. et alibi pš. cxxvij. Labores manuū tuaꝝ qr mādu. ⁊c Iſtā imaginationē ad propoſitū applico ſic. Sicut hō in ſuo corpe ꝓpter rebelliones ⁊ reſiſtētias patiť mltos labores: ita respublica q eſt ſicut vnū corp? iuxta imaginationē plutarchi ad traianū impatorē. Et ſicut man? in corpe hoīs principal'r et immediate hꝫ exequi laborem ꝓ defenſiōe ſui corpis: ita ſtatui militari q dr manus reipublice ꝫm pdictā imaginationē plutarchi. vñ dd pš. cxliij. ī pſona reipublice dicit de iſto ſtatu. Bñdict? dñs de? me? q do. ma. me. ad pli. ⁊ dig. me. ad bel. cōuenit ꝓ defenſione ſui corpis laborare: Jō iſti ſtatui militari ꝫm illud ad qd inſtitut? eſt: dr in pria pte themat? labora. vñ ꝙ ſtatui militari cōpetat laborare patꝫ: et pōt conſiderari ex tribus.

Primo rōne ſue principalis inſtitutiōis.

Scdo rōne ſue finalis executionis.

Tertio rōne ſpecialis exhortationis.

¶ Dico primo ꝙ ſtatus militaris debet eſſe laborioſus rōne ſue principalis inſtitutionis. Scdm ꝙ dicit Iſidorus. x. lib. Etymol'. prim? qui in republica romanorū inſtituit milites: fuit Romul?. et inſtituit eos p electionē. vñ ꝫm Iſidorū milites dr qr mille erāt in nūero. vel qr vn? inter mille eligebať. Et ad denotāduꝫ ꝙ debeant eſſe laborioſi: eligebanť de illis ſtatib? et officijs: q magis hñt annexū labore. vñ Uegetius de re militari qrit: et habeť a ſeneca: de q arte debēt eligi et aſſumi ad ſtatum militie. Et rñdet ꝙ de arte

magis aſſueta labori: vñ Uegeti?. Fabros ferrarios carpentarios macellarios ⁊ ceruorū aproꝝqꝫ venatores conuenit ſociare militie. Et cauſaʒ reddēs ſeneca ad ꝓpoſitū in quadā epl'a dicit ſic. Nullū labore recuſant man? que ab aratro ad arma transferūtur. quālibet eñi viam patiunť iumenta: quoꝝ durata in aſpero vngula eſt: in molli et viridi paſtu ſaginata: cito ſubſternitur. Fortior aūt miles ex confragioſo venit. hec ſeneca.

¶ Dixi ſcdo ꝙ ſtatui militari competit laborare rōne ſue finalis executiōis. Finis militie eſt defenſio reipublice. vñ Iſidor? vbi. š. miles dr qr inter mille eſt electus: vt ad exercituꝫ reipublice ſemp ſit paratus. In iſto aūt exercitio reipublice oportet militē habere tria laborioſa: que notātur in tribus inſignib? ſibi datis. Primū in inceptione audacia. iſtud notať in primo inſigni ſibi dato qd eſt gladi? in manu. Habere gladiū in manu militeꝫ facit audacem. q quidē audacia et fortitudo ſibi ſumme cōpetit in bellando ꝓ defenſione reipublice. vñ Bern. de laude bone militie dicit: ꝙ milites debēt eſſe in cōuictu agnis mitiores: in ꝯflictu leonib? fortiores. Iſta audacia denotať in gladio q datur militi in manu ꝫm legē macedonum. pħus politic. vj. Un iude machabeo audaci militi dictū eſt. Accipe ſctm gladiuꝫ mun? a deo in quo deijcies aduerſarios populi mei. ij. machab. xv. Scdo ꝓ exercitio reipublice miles debet hre in proſecutione prudentiā. et iſtud notať in ſecūdo inſigni ſibi dato: qd eſt ſcutū ī brachio ſiniſtro ad repellendū ictus aduerſarioꝝ. De iſto inſigni prudēti militi ioſue dictū eſt. Leua clypeū qui in manu tua eſt contra vrbē hay: qm tibi tradā eā. Joſue. viij Tertio debet hre in vltima pfectione victorioſam excellentiā. et iſtud notatur in tertio inſigni ſi dato: qd eſt brauiū ꝓ victoria. Et ꝙ hec oīa ſint laborioſa militi ptꝫ. Nam diť Iſidor?. xix. etymol'. ꝙ mos erat apud romanos ꝙ milites victores coronabantur: qr vel vicerant ſine conflictu. ſcꝫ fugando ⁊ ſic lauro: vel in ꝯflictu et ſic palma: qr palma ſtimulos hꝫ: q ſtimuli deſignāt laborem: quē habent milites in conflictu.

¶ Tertio et vltimo dixi ꝙ ſtatui militari conuenit laborare rōne ſpecialis exhortationis. Boetius. iiij. de cōſol'. metro. vlti. hortatur milites ⁊ fortes ad laborandū exēplo trium illuſtriū militū. Prim? fuit agamēnō: q ꝓ defenſione reipublice grecoꝝ decem annis cōtinuis in troiana obſidione ꝙ plurimū laborauit. De iſto diť Bella bis quinis operatus annis Ultor atrides phrygie minis Fratris amiſſos Thalamos piauit. Scds fuit vlixes: qui poſt bellū troianū in reditu multos labores ſuſtinuit: ſpecial'r ꝯ quendā gigantē: qui ꝫm poeticā fictionē deuorauit ſocios vlixis. de iſto dicit. Fleuit amiſſos itachus ſodales: Quos ferus vaſto recubās ī antro: Merſit immani poliphem? aluo. Terti? fuit Hercules. de quo dicit ꝙ. xij. magnos labores pertulit in hiſpania. diť in textu. Herculem duri celebrāt labores Ille centauros domuit ſuperbos: Abſtulit ſeuo ſpoliū leoni ⁊c. Et ī fine metri facit exhortationē militib? ⁊ fortib?: ꝙ ſint ſicut iſti laborioſi ꝓ defenſione reipublice dicēs ſic. Ite nūc fortes vbi celſa magni Ducit exēpli via: cur inertes ⁊c. Ptꝫ igiť aliqualiter declaratū ꝙ ſtatui militari: cū ſit man? reipublice: cōuenit laborare. Et hoc eſt qd pma cōtemplatio dicebat: ꝙ tractaret de vno opere exercitato ⁊c. labora. Iſti manui dicit paulus ꝓ cōcordātia. ij. ad Timoth. iiij. Tu ꝟo vigila et ꝓ defenſione reipublice in oīb? labora Et bonus ⁊ fidelis miles reſpondet ī ca. vbi thema: laboro vſqꝫ ad vīcula. Et hec de prima contēplatione.

Secūda pars.

¶ Sed dixi ſecūdo principaliter: ꝙ ſcda cōtēplatio tractabit de doctrina data ⁊c. ſicut bon? miles. ſ. beatus Georgi?. Hic ſunt videnda tria.

Primū q ſunt illa q faciūt bonū militē.

Scdm q ſunt q faciunt pulchrū militē.

Tertium applicatio dictorum ad beatuꝫ Georgium.

¶ Quantū ad primū ſciendū ꝙ quattuor ſunt que militē faciunt bonū.

Primū prudentia ſtudioſa ⁊ practicata.

Scdm probitas per virtutes diuulgata.

Tertiū audacia et animoſitas tēperata.

Quartū māſuetudo ꝯ vitia inordinata.

¶ Dico pmo ꝙ bonū militē facit prudentia ⁊c. Multū eñi facit in bello prudētia et ars militis. vñ autor de ludo ſcacorū.

Neceſſe eſt populum in captiõis precipitiũ ruere: cum princeps militie non prudentia: ſed audacia ſola nititur triũphare. Jõ vegeti⁹ de re militari. Docta ⁊ exercitata paucitas victoriã preſtat: indocta multitudo prona eſt ad necẽ. Sepiſſime ĩ hiſtorijs audiuiſtis et vidiſtis ⁊ legiſtis ꝙ in bello troiano plus valuit prudentia vlixis: q̃ fortitudo achillis. et iõ ſapiens dicit Eccl'ſ. ix. Melior eſt ſapiẽtia q̃ arma bellica. Legitur ad iſtud ꝓpoſitũ de alexãdro: ꝙ cũ antiqui milites: q̄ fuerunt cũ patre ſuo: ab ipſo vellẽt recedere: dicentes ſe ferre nõ poſſe vlterius labores p̄liorum: ipſe h̃ renuens dixit. Magis eligo ſenũ prudẽtiã: q̃ iuuenũ fortitudinẽ. Militib⁹ em̃ magis neceſſaria eſt ars in bello ⁊ prudentia: q̃ fortitudo. De ſcipione africano legiť: ꝙ in hiſpania tenuit hoſtes incluſos taliter ꝙ recedere nõ poterant: ſed oportebat eos p̄liari. Scipio aũt prudens miles dixit ſuis ꝙ permitterent hoſtes abire: licꝫ eos inſequi poſſent nã ſi preliarẽtur videtes ſe deſ̄patos: maiorem audaciã ſumerent: ⁊ poſſent eſſe victores. q̄ quidẽ ſcipionis ſnĩa ab oĩbus fuit laudata. Iſti hiſtorie alludendo vegetius de re militari dicit ſic. Pleriq꜃ rei militaris ignari plenioꝛẽ victoriam ſi aduerſarios aut locoꝝ anguſtijs: aut armatoꝝ multitudine circundederint: vt aditũ nõ inueniãt recedendi. Sed ecõtra clauſis ex deſperatiõe cupit commori: qui ſine dubio ſcit ſe eſſe moriturũ. Ideoq꜃ ſcipionis laudata eſt ſnĩa: q̄ dixit viam hoſtibus qua fugerent: intercludi non debere. Meli⁹ eſt em̃ inſequi ſine periculo: q̃ bellare ſub dubio. Ptꝫ ergo primũ qđ requiriť ad bonũ militẽ prudẽtia ⁊c.

¶ Dixi ſcđo ꝙ bonũ militẽ facit probitas ⁊c. Probitas aũt militis ſtat p̃cipaliter in tribus virtutib⁹. Prima verecundia. Vegeti⁹ de re militari. Honeſtas idoneũ militem reddit: verecũdia dum prohibet fugere: facit eſſe victorẽ. Scđa virt⁹ eſt veritas. Ad bonũ militẽ pertinet ꝙ teneat veritatẽ. Inſpicite marcũ regulũ militem romanoꝝ. de iſto dicit Valerius maxim⁹ et hoc idẽ tangit Boeti⁹. ij. de cõſolatiõe pſa. vj. Iſte multotiẽs vicit penos tandẽ ſemel fuit victus ab eis. tandem vt refert Aug. lib. j. de ciuitate dei. c. xv. cum carthaginenſes mallent captiuos: quos romani detinebãt: ſibi reddi: q̃ captiuos eorũ detinere: cũ legat(is) ſuis iſtũ regulũ miſerũt ꝓ impetrãda redẽptione captiuoꝝ: prius tñ eũ iuratione cõſtrinxerũt: ꝙ ſi cõmutatio impetrata nõ fuerit: rediret carthaginẽ captiu⁹. qđ pro ſeruãda veritate ipſe fecit: qꝛ romanis non placuit. Tertia ɣtus et vltima q̄ facit militẽ bonũ: eſt ad ſuũ principem fides ſiue legalitas. Autor de ludo ſcacoꝝ. Militis nomen amittit: q̄ fidẽ principi ſeruare non nouit. Lapis precioſus et margarita ꝑfulgida eſt fidei firmitati adiuncta militia. Quantũcũq꜃ miles ſit fortis victorioſus et ſtrenuus: ſi eſt proditor ⁊ non fidelis: nihil valet. exẽplũ de ioab. qui fuit fortior et valẽtior milites: q̃ habuit dauid: ⁊ tñ qꝛ fuit proditor nulla laus inter milites dauid ſibi datur: nec in eoꝝ numero poniť. Vñ ad ꝓpoſitũ petrus bleſeñ. in ep̄la de militibus ad hẽricum regẽ anglie. Nihil deteſtabilius in milite nota ꝓditionis. Nã licꝫ ioab fortiter oĩa bella vicerit: in catalogo fortium dauid nõ computať: quia fortitudinem eius proditio in abner et amaſa denigrauit. hec ille.

¶ Dixi tertio ꝙ bonũ militem facit audacia ⁊ animoſitas ⁊c. Miles bon⁹ non ſolũ dꝫ habere fortitudinẽ in corpe: ſed melius ĩ corde. Talẽ fortitudinẽ habuit Codrus dux athenienſiũ. de q̊ dicit Auguſt. xviij. de ciui. dei. c. xix. ꝙ in campo ſuis hoſtib⁹ ſe obtulit ĩ habitu peregrino: vt moreref: taliter vt ſui vincerẽt: ſcḋm ꝙ habebãt in reſpõſis a deo Apollinis. De iſto dicit autor de ludo ſcacoꝝ. Maluit mori vt viuerẽt ſui: q̃ viuere ſuis turpiſſime ſuperatis. in q̊ notať maxima fortitudo cordis. Iſtã fortitudinẽ habuit quidã rex: de quo narrat Valeri⁹ ꝙ cũ hic deberet cum hoſtib⁹ preliari: comedẽs ⁊ bibẽs cũ ſuis eis dixit. Prãdeam⁹ tanq̃ apud ĩferos cenaturi.

¶ Dixi quarto ⁊ vltimo: ꝙ bonum militem facit mãſuetudo ⁊c. Autor de ludo ſcacoꝝ. Nihil eſt qđ tam p̄clarum faciat militẽ: q̃ cũ ad victoriam venerit: ꝓſtratũ viuificare cũ poſſit occidere: ferre cũ poſſit ferire. Idem doctor narrat: ꝙ cũ ſilla multas et diuerſas victorias haberet de romanis quint⁹ cauillus palã ſibi dixiſſe fertur. Diſce modo eſſe miſericors. ſummã gen⁹ vindicte ⁊ glorioſum parcere cum poſſis occidere. Patet ergo declaratum ꝙ faciunt bonũ militem quattuor ſcꝫ prudẽtia ſtudioſa ⁊c.

¶ Secũdo eſt videndũ et cõtẽplandũ breuiter: q̊d eſt illud qđ facit pulchrũ militẽ. Milites moderni tẽporis hñt iſtam opinionẽ: ꝙ pulchritudo militie ſit ĩ ornatu margaritarũ auri ⁊ argẽti ⁊ lapidũ p̄cioſoꝝ. qđ ptꝫ in moderno eoꝝ habitu. Sed iſta certe pl⁹ faciũt ad militis vituperiũ: q̃ ad ornatũ vel pulchritudinẽ. vñ petr⁹ bleſeñ. in ep̄la vbi. s̄. dicit: ꝙ iuli⁹ frontinus refert cũ ſcipio ſcutũ cuiuſdã vidiſſet auro ⁊ gemmis multipl'r ornatũ: dixit ſe nõ mirari ſi tanta diligẽtia ſcutũ honoraſſet: in quo plus preſidij: q̃ in enſe haberet. In quo g̊ ſtat pulchritudo militis idẽ Petr⁹ bleſeñ. in ep̄la vbi. s̄. notat vbi ſic. Refert pericles nõ aurũ et lapides: ſꝫ ſcutũ diuulſum: fractã galeã: hebetẽ gladiũ: faciẽ vulneratã cedere militibus ad ornatũ. Sed milites moderni temporis (diciť de illis q̄ male faciũt) in iſta pulchritudĩe non gloriant. Sed dicit de eis magiſter Robert⁹ holkot. Ipſi ſunt ĩ apparatu in motu equi. impetu ſamſon. ĩ labore et portatiõe armoꝝ/ ipſi ſunt ſimeõ in eoꝝ ſalutatiõib⁹/ ipſi ſunt ioab. in eũdo ad p̄liũ ipſi ſunt ap̄ls thomas: q̄ dixit Eamus et moriamur cũ illo. in pũcto p̄lij ipſi ſunt aſtrolog⁹ athlas. dicũt ꝙ planete nõ ſunt in bona diſpoſitione: et iõ non dandũ prelium. Nõ talis miles fuit ſanctus Georgi⁹: q̊ pro militia temporali et ſpũali viriliter bellauit ⁊ triũphauit. Dic eius hiſtoriã et fac finẽ. Explicit.

¶ In feſto beati Petri martyꝛ(is). Ser. j.

Coronabitur q̄ legitime certauerit. ij. Timothe. ij. Sentẽtia l'ralis thematis btõ Petro martyri applicata eſt iſta. coronatur qꝛ legitime certauit. Pro cui⁹ thematis introductiõe ſpeciali aliq̃li/ occurrit mihi iſtud motiuũ. ſ. ꝙ hoc hꝫ appetitus hoĩs a natura ꝙ ſemꝑ ꝓ ſuis bonis operibus et iuſtis laborib⁹ reportare cupit laudẽ premiũ ⁊ honorem. Ptꝫ primo hoc per quoddam dictum ſancti Thome. j. j. q. c. articu. vij. in ſolutione ad. iij. vbi declarat quare in precepto de honore parentum/ ponitur premiũ pluſq̃ ĩ alijs. ſcꝫ vt ſis longeuus ſuꝑ terrã. Et dicit ꝙ homines actus ſuos cõiter ad aliquã vtilitatẽ ordinant: ideo in illis preceptis neceſſe fuit promiſſionem ponere premij: ex quibus nulla vtilitas videtur ſequi. quia ɣo parentes iam ſunt in recedendo ab eis: non expectatur premiũ. et ideo precepto de honore parẽtũ additur promiſſio. hec ſctũs thomas. idem dixit ibidẽ de primo precepto. ⁊ ideo ſcḋm Gregoriũ conſideratio premij minuit vim flagelli. Dixit Iſidorus. x. etymol'. ꝙ romani ſtatuerunt ꝙ victoribus pro premio corona dareť. aliquibus lauri: ſi vincebant inimicum fugando. aliquibus palme: ſi vincebant in conflictu: quia palma ſtimulos habet: q̄ deſignant laborem in pugna propter reſiſtẽtiam inimici. et intantũ iſte appetitus laudis et honoris et premij propter ſua: eſt operationis naturalis: ꝙ notat Aul⁹ gellius romanorum hiſtoriographus de quodã athleta et milite muto: qui qꝛ priuabať premio triumphali: ex ira prorupit in vocem et clamorẽ: ⁊ extunc locut⁹ eſt. Iſti ſentẽtie et ꝯcluſioni concordans Caſſiodorus lib. j. ep̄larũ ad propoſitũ dicit. Tribuenda eſt iuſtis laboribus compenſatio meritorum: quia exprobrata militia creditur: ſi irremunerata tranſitur. athletam populis palma deſignat eẽ victorem. ſudores bellicos corona teſtatur. Ad propoſitum deſcendendo ſcḋm ꝙ dicit Job. militia eſt vita hominis ſuper terram. Job. vij. Et ſi mundus et imperator romanus ſuis victoribus coronas largitur pro ſuis inſignibus operibus mercedem/ premia/ ⁊ honores: a fortiori hoc facit imperator ſupremus dominus ieſus chriſtus premiator noſter. vnde dic̃ omnibus ſuis militibus et victoribus illud eccleſiaſticũ. Sancti mei qui ĩ hoc ſeculo certamen habuiſtis: mercedem laborum ego reddã vobis. De numero iſtoꝝ militum xp̄i/ fuit beatus Petrus martyr: qui mortuus eſt ꝓ fide xp̄i: qui hodie pro ſuo labore et inſigni victoria/ in celo recepit p̄miũ et coronã. et hoc eſt qđ dicit thema ipſum coronatũ ⁊ premiatum demõſtrãs et alios ad coronã/ et p̄miũ incitans: coronabiť q̄ legitĩe certauerit. Vñ ꝓ ꝓſecutione materie ſunt hic tria ſpeculanda: et in tres tractatus complẽda.

Primum eſt quod eſt certamen quod beatus petrus certauit.

Secundum eſt ſi fuit legitimum certamē quod certauit.

Tertium eſt quam coronam habuit ꝓ certamine quo certauit.

Unde thema de eo verificabitur. Coronatur quia legitime certauit.

Prima pars.

¶ Quantū ad primū eſt ſciendū ꝙ certamen: quod beatus petrus martyr certauit: fuit contra triplicem inimicum.

Primum fuit contra mundum. ⁊ iſtud certamen fuit forte: in quo vicit ſuſtinendo per patientiam.

Secundo certauit cōtra carnem. et iſtud certamen fuit bonum: in quo vicit fugiēdo per moderatam prudentiam.

Tertio certauit contra diabolum. et iſtud certamē fuit iuſtū: in quo vicit ꝑ martyrium fidem et firmā credentiam.

¶ Dico pͥmo ꝙ certauit ɔ mūdū: qᵭ certamē fuit forte. ⁊ iſtud vicit ꝑ patientiā. De iſto certamine ſcribitur Sap̄. x. Certamē forte dedit illi vt viceret. Et notate ꝙ pͥnceps belli ſapiēs: q̄ ꝓ idoneitate pugnantiū / bella diſtribuit: leuiora infirmioribꝰ: fortioribꝰ vo certamina fortiora cōmittit. Ita dixit btūs Sixtꝰ laurētio. Nos quaſi ſenes leuioris pugne curſum recipimꝰ: te aūt q̄ſi iuuenē ⁊c̄. Ad ꝓpoſitū xp̄s pͥnceps belli ɔ mūdū vidēs btm̄ petrū martyrē iuuenē ⁊ fortē ⁊ aptū ad arma ſpūalia: habilē ɔ mūdū: dedit ſibi certamē nō leue: ſed forte. Forte em̄ certamē eſt ɔ mūdū: ſi cōſideremꝰ duo. Primo ſi conſideremꝰ arma cū q̄bꝰ inuadit. Scd̄o numerū illoꝝ quos vincit ⁊ ſubuertit: ⁊ videbimꝰ ꝙ eiꝰ certamē eſt forte. Et notate pro hoc ꝙ ſm̄ legē politicā / q̄ recitat̄. ij. Polit̄. multū ɔgruit fortitudini militū ꝙ ſint ambidextri. ſ. ſiniſtra ſicut dextra preliātes: qᵭ tñ hꝫ mūdus vt fortis miles. Preliat̄ em̄ a dextris per fortunā proſperā, a ſiniſtris ꝑ fortunā aduerſam. iſta em̄ ſunt duo gn̄a armoꝝ / cū q̄bꝰ mūdus ɔ xp̄i milites preliat̄: vt dicit btūs Aug. in ſermo. btī vincē. Duplicē (inq̄t) aciē mundus ꝓducit ɔ milites xp̄i blādit̄ em̄ vt decipiat. ⁊ hoc ē fortuna ꝓſpera. certat vt frāgat. ⁊ hoc ē fortuna aduerſa. Et terribiliora ſunt ⁊ fortiora arma fortune proſpere ꝙ̄ aduerſe: qꝛ ꝑ proſperitatē citius hō efficit̄ malus: ꝙ̄ ꝑ aduerſitatē. Et rō eſt: qꝛ ſm̄ pℏm in. iiij. Ethicoꝝ. nō niſi virtuoſi eſt bonas fortunas ferre.

¶ Scd̄o forte certamē eſt cōtra mūdum ſi cōſideremus numerū illoꝝ: quos vincit ⁊ ſubuertit. Nā vincit multos per aduerſitatē q̄ eſt arma manꝰ ſue ſiniſtre: ſed multo plures ꝑ ꝓſperitatē: que eſt arma manus ſue dextre. Unde de iſta eius victoria ⁊ caſu vitioꝝ dꝛ in pſ̄. xc. Cadent a latere tuo mille: et decem milia a dextris tuis. Sed que eſt ratio ꝙ mille ad ſiniſtrā cadere dicuntur: et decem milia a dextris? Reſpondit Bernar. ſuper Qui habitat. di. qꝛ vbi maior aduerſarij pugna: ⁊ minor ex aduerſo defenſio: ibi maior caſus ē et ruina. Cū igitur mūdus magis nos impugnet a dextris. ſ. circa bona ſpiritualia: ꝙ̄ a ſiniſtra ſcilꝫ circa bona corporalia: ⁊ nos econtra multo minus defendimus ſpūalia ꝙ̄ tp̄alia: ideo non mirū ſi multo plures cadunt a dextris ꝙ̄ a ſiniſtris. Alia ratio dat̄ cōmuniter: quia multo plures cadunt a latere ꝓſperitatis: quod eſt a dextris: ꝙ̄ aduerſitatis: quod eſt a ſiniſtris. Omnes etiam tam theologi ꝙ̄ philoſophi dicunt ꝙ multo periculoſior eſt fortuna ꝓſpera: ꝙ aduerſa. vñ Johānes lemouiceñ. de ſomnio pharaonis. Utraqꝫ ſiq̄dē fortuna formidabilis: ſed formidabilior proſpera: ꝙ̄ aduerſa. nam aduerſa premunit aduerſarium: ſed proſpera perdit incautuꝫ. Ad propoſitum iſtud certamē forte cōtra mūdum dedit deus beato Petro martyri: et hoc vt vinceret. Uicit enim prima arma mundi. ſ. proſperam fortunam: et hoc per ingreſſum religionis: omnia proſpera mūdi relinquendo: et paupertati voluntarie adherendo. ⁊ vicit ſecūda arma mundi. ſ. fortunam aduerſam: ⁊ hoc tribulationes anguſtias et martyrium pro chriſto ſuſtinēdo. Hec eſt em̄ victoria que vincit mūdum. ſ. Job. v. ſcilꝫ proſpera mundi deſpicere: ⁊ nullatenus eius aduerſa formidare. Augu. Non vos tenet propria voluntas: non nos cruciet crudelitas aliena et victus eſt mūdus. Habuit ǧ btūs petrus martyr certamē forte: in q̄ vicit ſuſtinēdo ꝑ patiētiā. ad qᵭ certamē et victoriā nos inuitās apl's ad Heb. xij. di. ſic. Deponētes oē pōdus ⁊ circūſtās nos pctm̄ ꝑ patientiā curramus ad ꝓpoſitū nobis certamē: aſpicientes in autorem fidei / ⁊ cōſummatorē ieſu. Ubi nota ꝙ beatus Petrꝰ martyr in certamine ɔ mūdū: vt eū vincamꝰ: dat nobis tria pulcherrima documenta. Primo ꝙ nullus bene pōt pugnare oneratus: ideo nobis dicit. Deponētes om̄e pondus. et ꝑ hoc vincit̄ fortuna ꝓſpera. Scd̄o ꝙ nullus bene pugnat niſi armatus: ideo nobis dicit. Per patiētiam curramus ad ꝓpoſitū nobis certamē. et per hoc vincitur fortuna aduerſa. Tertio ꝙ nullus bene pugnat niſi premiatus: ideo nobis dicit: Aſpicientes in autorē fidei ⁊ conſummatorē ieſum. ſ. ab eo premiuꝫ expectando: qui nos ad pugnam animando dicit: Cōfidite qꝛ ego vici mundum. Johannis. xvj.

¶ Dixi ſecūdo minus pͥcipaliter: ꝙ beatus Petrus martyr certauit et preliatus eſt contra carnē per bonā ſiue moderataꝫ prudentiā. Iſtud certamen fuit bonū: de quo ſcribitur. j. ad Timoth. vj. Certa bonum certamē. Bonum certamē eſt ɔ carnem. nam dicit Hierony. ꝙ nihil viliꝰ ꝙ̄ vinci a carne. neqꝫ aliq̄d nobilius ꝙ̄ vincere carnem. Narrat valerius ad rufinū / ꝙ valentinus imperator octogenarius ⁊ virgo cū audiſſet in hora mortis ſue triūphos prelioꝝ ſuorum recoli in eius conſolationē: dixit vna ſe tm̄ victoria gl'iari. Interrogatus qua: reſpōdit inimicorum omniū nequiſſimū domui carnē meam. Contra iſtū inimicū pugnauit btūs Petrus martyr et vicit: qꝛ ſm̄ ꝙ teſtatur papa innocentius in eius canonizatiōe: virgo fuit: ⁊ nunꝙ̄ peccauit mortaliter. Sed dixi ꝙ iſtū inimicū fugiendo vicit cū bona prudentia. Sed dicūt valētes ꝙ apᵭ bellicoſos fuga cōmuniter inhoneſta videtur. Sed reſpondet̄ ꝙ immo eſt laus ſi cū fuga pugna: et victoria ſimul concurrant. Boetius hᵭ narrat. v. de ɔſolatione. metro. j. deficit hic dictum q̄re et applica hic. Sic beatus petrus martyr fugiendo de mundo ad religionē per votum caſtitatis. per virginitatis virtutē pugnauit fortiter contra carnē eā ſagittando ſagittis diuini timoris et amoris ⁊ eam vicit. Hic quomodo intrauit religionē. Et iſta pugna cum carne videt̄ eſſe rōnabilis et magne prudētie: qꝛ qui pugnat cum ſerpente debet ꝓliari delonge: non deprope ne ab eius veneno inficiatur. Pugnare contra carnē eſt pugna cōtra ſerpentē: vt dicit̄ Auguſti. ſuper illo Geñ. iij. Serpens erat callidior cūctis aīantibꝰ terre. iō pugnandū eſt ꝑ fugam: nō ꝑ reſiſtentiā. per fugā em̄ vincitur caro. Exēplū de ioſeph qui dimiſſo pallio fugit. Gene. xxxix. Sic diſcent filij iſrael certare cū hoſtibus. ſ. ɔ carnē et ſenſualitatē. Sic beatus petrus martyr didicit illud certamen: iō dicit cū pſ̄. liiij. Ecce elōgaui fugiens. ſ. a carne: ⁊ manſi in ſolitudine. hoc eſt in religione in continentia et virginitate.

¶ Dixi tertio minus principaliter ꝙ beatus petrus martyr certauit ⁊ preliatꝰ eſt ɔ diabolū. ⁊ iſtud certamen fuit iuſtū: in quo vicit reſiſtendo ꝑ martyriū fidem et firmā credentiā. De iſto certamine ſcribitur Eccl'i. iiij. Pro iuſticia agonizare pro aīa tua: et vſqꝫ ad mortē certa ꝓ iuſticia. Nihil tam iuſtū militi xp̄i ſicut mori ꝓ fide xp̄i. et iō dicit Augu. martyrem nō facit pena: ſed cauſa. Talis miles xp̄i fuit beatus petrꝰ martyr: q̄ cum eſſet inq̄ſitor hereticoꝝ ɔ hereticos manicheos predicans mortuꝰ eſt ꝓ fide xp̄i. et qꝛ mortuus eſt tp̄e paſchali ſicut xp̄us: quia ſabbato ante dñicam in albis: ideo pōt dici de eo ſicut de moyſe ad Hebre. xj. Fide celebrauit paſcha ⁊ ſanguinis effuſionē. Ubi notate ꝙ in geſtibus illuſtriū viroꝝ: q̄ pro republica magna geſſerūt bella et victorias: tria notantur in eoꝝ bellis et victorijs. Primo cauſa vt oſtendat̄ ꝙ ꝓ veritate et iuſticia. Scd̄o tempus vt de inſigni opere habeatur noticia. Tertio virtus vt appareat de eius virtuoſa conſtātia. Sic eſt de beato Petro martyre. in actione de pugna et prelio ſuo ɔ diabolū oſtenditur Primo ſua cauſa rōnabilis: qꝛ ꝓ fide. Pugnauit em̄ ꝓ veritate fidei cū patruo ſuo adhuc puer. Narra hiſtoriam. Pugnauit ɔ alios hereticos diſputando et ꝓdicādo vbi fecit miraculum de nube. narra hiſtoriam. Scd̄o oſtendit̄ in pugna ⁊ certamine beati petri martyris tēpus acceptabile: qꝛ in paſcha ſicut xp̄s mortuꝰ eſt. vt dictū eſt. Hic in quibꝰ paſſio btī petri martyris fuit ſimilis paſſioni xp̄i. quia xp̄us a ſuo diſcipulo: beatꝰ Petrus a ſuis parentibus. xp̄s ſuā mortē preſciuit. Uñ ſciens ieſus oīa que ventura erant proceſſit. et beatus petrꝰ ſimiliter in die ramorum in publica predicatiōe ſuā mortē predixit et

alia. dic. Tertio ⁊ vltimo oſtendit in eius certamine ſua conſtantia multū ſtabilis: q̄ ſanguinis effuſionē. Dic de eiꝰ martyrio quō fuit veniendo de conuentu de cumanis: vbi erat prior: et iret mediolanū: q̄ diſtant per. xxiiij. miliaria. in media via ad. xij. miliaria fuit interfectus ſcribendo cū ſanguine ſuo in terra. Credo in deum patrē oīpotentē creatorē celi et terre viſibiliū oīm et inuiſibiliū. In iſto martyrio beatꝰ petrus martyr vicit diabolum reſiſtendo: nō fugiendo. Nā etſi laudabilis eſt victoria ꝑ fugam ꝯ carnē: vt dictū eſt: et etiam mūdū/exēplo xp̄i qui cū fecit miraculū de panibus in deſerto: mūdus ſtatim incepit preliū contra eū ꝑ arma vanitatis: ⁊ voluerūt eū facere regē: ſed ī iſto prelio ipſe in montē fugit ſolus: ⁊ ſic de mūdo victoriā habuit. Johā. vj. Fugere tn̄ ī prelio ꝯ diabolū eſſet vituperabile: ⁊ nullo mō laudabile. nā victoria ꝯ diabolū non dꝫ eſſe per fugā: ſed per reſiſtentiā. j. Pet. v. Aduerſarius veſter diabolꝰ tāq̄ leo rugiens ⁊c. cui reſiſtite fortes in fide. Scutū cū quo btūs Petrus martyr reſtitit diabolo: fuit p̄dicatio. et verbum dei fuit gladius acutꝰ: cū quo ip̄m vicit et ſuperauit: iuxta doctrinā apl'i ad Ephe. vj. In oībus ſumentes ſcutū fidei ⁊c. ſequit Et gladiū ſpūs qd̄ eſt verbū dei. Patet ḡ declaratū ꝙ in triplici certamine. b. Petrꝰ martyr certauit. Prīo in forti ꝯ mūdū et in iſto vicit ſuſtinēdo ⁊c. Scdo in bono ꝯ carnem: et in iſto vicit fugiēdo. Tertio in iuſto ꝯ diabolū: et in iſto vicit reſiſtendo: vt de eo dicat ꝑ cōcordātia illud qd̄ cantat eccl'ia. Iſte ſctūs ſcꝫ beatꝰ petrꝰ martyr ꝓ lege dei ſui certauit vſq̄ ad mortem: et a verbis impiorꝫ non timuit: fundatus em̄ erat ſupra firmā petrā. i. ſuper xp̄m et fidē xp̄i. Petra autem erat xp̄s. j. Cor. x. Et iō de iſto glorioſo martyre cantatur. Cum ſit in petra fidei tenet veſtigia ad petrā xp̄m prouehi meret cū victoria. Et ſic finitur primus tractatus vbi debemus ſpeculari quod fuit certamen: quod beatus petrus certauit.

Secūda pars.

¶ Dixi ſecūdo principa

liter ꝙ erat vidēdū ſi fuit legitimū certamen: qd̄ beatus petrꝰ certauit: q̄ al's ſm thema nō debet ſibi corona. Pro quo notandū ꝙ ſm ꝙ ponit ſeneca in quadam epl'a: ad hoc ꝙ certamē alicuiꝰ eſſet legitimū apud hoīes: tria erant neceſſaria req̄ſita. Primo ꝙ nullus certās vinceret notabiliter. ſ. abſq̄ notabili leſione: et alicuiꝰ mēbri mutilatione. vn̄ ſi miles in bello eſſet turpiter leſus: vl' mutilatꝰ: nō dabat ſibi corona. Scdo ꝙ vinceret publice corā oībus: nō latēter: nō ꝓditorie aut fraudulenter ꝙ tali non debebat. Tertio ꝙ vinceret potēter. ſ. ſe fortiorē ⁊ potētiorē. vn̄ ſi miles vinceret puerū: vel al's militē ſemipotētiorē ac īferiorē: nō debebat ſibi corona. Ad ꝓpoſitū iſto triplici mō btūs petrꝰ martyr vicit īimicos ſuos: vn̄ ſeq̄t ꝙ certamē eiꝰ fuit legitimū. Prīo vicit notabiliter carnē: q̄ per nullū pctm̄ mortale ꝑ ipſaꝫ eſt leſus in aīa: nec aliqd̄ eius mēbrū: puta nec oculus vel manus ꝑ inclinationē ad pctm̄ ꝑ ipſam eſt mutilatū in corpe. vn̄ ex hoc ſequit ꝙ debetur ſibi corona: quā de eo vidit iohēs Apoc. vj. Vidi (inq̄t) et ecce equus albus. ſ. btī petri martyris corpus ꝑ virginitatē ⁊ mūdiciā. et qui ſedebat ſuꝑ illū habebat arcum: ⁊ data eſt ei corona. Scdo vicit beatus petrꝰ patēter ⁊ publice mūdū: p̄rem et matrē: et oīa ꝓpter xp̄m relinquendo: et ꝑ ingreſſum religionis: vbi vixit ſctē et laudabil'r ꝑ. xxx. annos pauꝑtati voluntarie adherēdo. vn̄ dicit ſibi dn̄s Ezech. xvj. dedi coronā decoris in capite tuo. Tertio vicit potenter et fortiorē ſe per naturam inimicū diabolū xp̄i fidem defendendo: ⁊ martyriū ſuſtinēdo. vn̄ debet ſibi corona. Dicit btūs petrus martyr cū apl'o. ij. ad Timoth. iiij. Bonū certamen certaui. q̄ad primū. ſcilꝫ ꝯ carnē. curſum cōſummaui. q̄ad ſcd̄m. ſcꝫ mūdū. Mūdus em̄ eſt q̄dā curſus velociter trāſiens: q̄ tranſit mundus et eiꝰ concupiſcētia. fidē ſeruaui. q̄ad tertiū. ſcꝫ ꝯ diabolū: q̄ ꝑ naturā eſt fortior licꝫ em̄ diabolus ſit fortior hoīe ꝑ naturā vincitur tn̄ a ſctīs hoībus ꝑ dei grām. vn̄ Augu. de p̄deſtinatiōe ſctōꝝ dicit. Deꝰ in agone huiꝰ vite certantes adiuuat: ⁊ vincentibꝰ coronas largit eternas. ſequitur igit ſtatim propter hec tria certamina: q̄ legitime certaui in reliquo repoſita eſt mihi corona. Hic finit ſcd̄s tractatus.

Tertia pars.

¶ Dixi tertio principali

ter ⁊ finis: ꝙ erat videndū quā coronam habuit btūs petrus martyr ꝓpter certamen qd̄ certauit. vn̄ contēplor ꝙ xp̄s vocās eū ad coronā reddēdā ꝑ certamie qd̄ certauit: dixit ſibi illud qd̄ dixit btō iohāni euāgeliſte. Apoc. ij. Dabo tibi coronā. In q̄bus v̄bis oñdit ſibi duo ſingularia.

Primū magnā voluntatem cum affectione amoroſa: q̄ dicit ſibi. Tibi dabo.

Scdo altam dignitatē cum promotione honoroſa: q̄ dicit. coronā.

Primo dicit ſibi. dabo tibi. qd̄ eſt ſignum amoris. p̄r cōiter dat filio ex amore maxime illi quē magis diligit. Inter oēs ſanctos deꝰ maxime ⁊ mag̃ diligit btm̄ petrū martyrē: ſicut ioſeph ſuꝑ oēs filios ſuos fuit dilectꝰ ꝑ iacob. cā in textu reddit. eo ꝙ ī ſenectute genuiſſet eū. Geneſ. xxxvij. Sic ad litterā eccl'ia iā exiſtēs ī ſenectute et ī fine ſcl'oꝝ: genuit xp̄o nouū martyrez petrū. non ḡ mirū ſi tantū xp̄s eū dilexit: et q̄ petit: ſibi ꝯcedit ⁊ ſpāl'r grām in miraculis hic ⁊ vbiq̄. Dicas hic de eiꝰ miraculis ſicut ſciuer(is) ⁊ videris expedire. Secūdo dicit xp̄s btō petro. dabo tibi coronā. ſ. triplicē. Primo coronā ſtellarū: de q̄ Apoc. xij. ⁊ iſta debet doctoribus: q̄ q̄ ad iuſticiā erudiūt multos: erunt q̄ſi ſtelle in ꝑpetuas eternitates. Dan. xij. Scdo dabo tibi coronā ſpinarū: de q̄ Jo. xix. ⁊ iſta debet v̄ginibꝰ. V̄ginitas em̄ inter ſpinas aſperitatū et pniarū cōſeruat. Prouerb. iiij. corona inclyta ꝓteget te. Tertio dabo tibi coronā de auro: de q̄ Eccl'i. xlv. Corona aurea ſuꝑ caput eiꝰ. ⁊ iſta debet martyribꝰ: q̄ ꝑ ignē tribulatiōis ⁊ ꝑſecutiōis ꝓbant. Cōſtat em̄ ꝙ beatꝰ petrꝰ doctor v̄go ⁊ martyr fuit: et igne tribulatiōis ⁊ ꝑſecutiōis ꝓbatꝰ. Btūs igit vir q̄ ſuffert tētationē q̄m cū ꝓbatꝰ fuerit: accipiet coronā vite. Jacobi. j. Pꝫ igit triplex tractatꝰ de beato petro martyre ꝓſecutus.

Primus de tribus inimicis contra quos bellauit.

Scd̄s quomodo legitime eos vicit et ſuperauit.

Tertius de corona quā ꝑ victoria reportauit.

Et ſic pꝫ thema īceptū ꝑ dei gratiam cōcluſum. Coronat q̄ legitime certauit. Et ideo eccl'ia reddēdo deo grās pro certamine huius glorioſi martyris: cātat di. Gl'ia tibi do. ⁊c. ⁊ fortes in certamine ſertis ornas ꝑpetuis. Ad quā gl'iaꝫ ⁊c.

¶ In feſto beati Petri martyr(is). Ser. ij.

CHriſtus paſſus eſt nobis relinquēs exēplū. j. Pet. ij. ⁊ in epl'a hodierna. Honorabiles dn̄i ſm philoſophoꝝ et theologorum ſnīaꝫ/nulla mūdi actio recta/iudicat virtuoſa: aut ꝑfecta: niſi ꝯformet aut diriuetur ab aliq̄ exēplo. ſeu exēplari vel forma vl' r'ła. facil'r al's q̄libet actio poſſꝫ a recto deuiare: ⁊ in errorē labi. iō dn̄s cupiēs ꝙ moyſes opꝰ tabernaculi faciēs nō erraret ſed vt ſibi p̄cipiebat: rectū faceret: dedit ſibi exēplar vl' exēplū: cui ſe ꝯformaret. dixit em̄ ſibi Exo. xxv. Inſpice ⁊ fac ſm exēplar qd̄ tibi ī mōte mōſtratū eſt. Immo dicūt theologi ꝙ deꝰ: cū ſit agēs ꝑ intellectū: nunq̄ aliqd̄ opus egit: q̄n illud alicui exēplo ꝯformaret. ⁊ dicūt exēplū illud ad cuiꝰ ſimilitudinē fit aliud: qd̄ vocāt formā vel ideā. Et declarat iſtud ſic ī tractatu de ideis. In oī agente ꝑ intellectū/opꝫ ꝙ forma rei fiēde preexiſtat in agēte ſm eſſe ītelligibile. ſicut cū artifex fac domū: opꝫ ꝙ forma domꝰ p̄exiſtat ī mēte: ⁊ erit tanq̄ exēplū ad cuiꝰ imitationē facit domū. Sic deꝰ faciēs mūdū ꝑ intellectum/ p̄habuit ī mēte ſua exēplar mūdi et oīm partiū eiꝰ: ad cuiꝰ ſil'itudinem ꝓduxit ad extra mūdū. et iō Boetius. iij. de cōſola. metro. ix. ad ꝓpoſitū ſic. Tu cūcta ſuꝑno Ducis ab exēplo pulchrū pulcherrimꝰ ipſe Mūdū mēte gerēs: ſil'iq̄ imagie formās Pꝫ igit declaratū ꝙ oē agēs īntellectuale etiā deꝰ: agit ꝑ exēplū. Nec aliq̄ actio recta aut ꝑfecta iudicat: niſi regulet et conformet aliq̄ exēplo. Et repeto honorabiles dn̄i moral'r loquēdo: ꝙ ꝑ v̄tuoſa operatione hoīꝫ exēpla ſunt neceſſaria: ⁊ dant ꝓpter tria.

Primo ad habēdū de v̄tutibus noticiā et informationem.

Secūdo ad habendū de erroribus emendā et correctionē.

Tertio ad dādū diſcipl'is ⁊ auditoribus facilem inſtructionē.

¶ Dico primo ꝙ dantur et ſunt neceſſaria exēpla ad habēdū de v̄tutibꝰ ⁊c. Iſto mō ponit princeps et rex in republica tēporali vt totiꝰ ppl'i ſit exēplū et director v̄tuoſus. vn̄ Claudianꝰ. Regis ad exēplū totꝰ cōponit orbis: Mobile mutat vna cū p̄ncipe vulgus. Iſto mō ſm Valeriū maximū depigebant rome ⁊ athenis ī locis publicis facta ſtrenua valētiū militū: qui pro republica pugnarunt: vt illorum

exempla intuentes: ad ſimilia anhelarēt.
Et ideo ad propoſitum huius Boe.iiij.de
cōſola.metro vlti.recitat facta virtuoſa ⁊
ſtrenua: que tres valentes milites pro re-
publica geſſerunt.ſ.agamēnon ⁊ vlixes in
troia: et hercules in.xij. laboribus: quos
ibi recitat. Et in fine prouocans et exhor-
tās virtuoſos: ꝙ iſtoꝝ exemplo ſimilia fa
ciāt: dicit ſic. Ite nūc fortes/vbi celſa ma
gni ducit exempli via. cur inertes Terga
nudatis: ſuperata tell⁹ ſidera donat. Iſto
modo ponūtur totius populi ⁊ ſubditoꝝ
v̄tuoſa exēplaria in republica ſpūali eccle
ſiarum princeps ⁊ prelati. vnde Hiero.in
epiſtola ad heliodoꝝ. Domus epī ⁊ cōuer
ſatio quaſi in ſpecula poſita magiſtra eſt
publice diſcipline. quicq̄d fecerit illud ſi-
bi oēs faciēdū putant. et ideo habetur in
canone ex lib.iij. de voto ⁊ voti redēptio
ne.c. magne. qđ agit a prelatis: trahitur
a ſubditis in exēplū. ꝑpter hoc dixit apl's
ſ.ad Timoth.iiij. Exemplū eſto fidelium.
Patet ergo primū ꝙ exēplum datur et re
quiritur ad habendū de virtutibus ⁊c̄.
¶ Dico ſcđo ꝙ danẗ et ſunt neceſſaria exē
pla ad habendū de erroribus emendā ⁊c̄.
Uidemus eñ ꝙ artifices ⁊ ſcriptores exē
plis cōformātur: vt error in opere cauea-
tur. Iſto modo ponuntur in republica ſa
piētes ⁊ intelligentes tanꝙ exēplaria nō
corrupta: ad que oēs alij ſua habent con-
formare opera: vt ſint ſine errore recta. q̄
ſi errant etiā illoꝝ exemplo alij errabunt.
propter hoc philoſophia videns Boe. per
poeticas muſas deceptum: ⁊ eum erraſſe:
contra ipſas lib.j. pſa.j. dicit ſic. Si quē
profanum vti vulgo ſolitum nobis blādi
tie veſtre detraherent: minus moleſte fe-
rendum putarem. nihil quippe in eo no-
ſtre opere lederentur. Hunc v̄o eliaticis
atq̄ academicis ſtudijs enutritū. Super
hoc dicit magiſter Nico. de treueto. Ma-
gis dolendū eſt de errore ſapientis/ ꝙ̄ de
errore inſipientis: qꝛ error ſapiētis trahi-
tur cōiter in exemplū: non inſipientis. Et
de prelatis qui ſuo exēplo alios errare fa
ciūt habetur in cano. xj.q.iij. precipue. ꝙ
tot mortib⁹ digni ſunt: quot ad ſubditos
ſuos perditionis exempla tranſmittūt. Et
pro tāto dicebat apl's Tito in.c.ij. In om
nibus teipm̄ prebe exēplū bonoꝝ operū.
¶ Dixi tertio ꝙ dantur et ſunt neceſſaria
exempla ad dandum diſcipulis ⁊ audito-
ribus ⁊c̄. Quādo enim lectio eſt difficilis
audiēti: datur ſibi ſimilitudo illius quod
ſibi legitur in exemplo aliquo: vt facilius
intelligat: etiam ſi non ſit ita in re. et ideo
dicit pħs in.j.prioꝝ. Exempla enim poni
mus vt ſentiāt quid addiſcunt. ⁊ facilius
imprimitur lectio ⁊c̄. Ad propoſitum oīa
iſta applicādo: ſm̄ Aug. oīs xp̄i actio no
ſtra eſt inſtructio regula et exēplar: cui de
bemus nos conformare. vnde xp̄s Johā.
xiij. Exēplum eñ dedi vobis: vt quemad-
modum ego feci: ita ⁊ vos faciatis. ſpecia
liter humilitatis et virtutis exemplū fuit
paſſio xp̄i. Sed exemplū potiſſimū humi
litatis et virtutis fuit eius paſſio. vñ Gre
go. in collecta. Oīpotēs ſempiterne deus
qui humano generi ad imitādum humili
tatis exemplum/ſaluatorem noſtrum car
nem ſumere: ⁊ crucem ſubire feciſti ⁊c̄. Ex
plicit ſermo. Deo gratias.
¶ In feſto btī Petri martyris. Ser.iij.

PRopter gaudi-
um natus eſt hō. Job.xvj.
et in euāgelio dñice currē-
tis ſcribiẗ hoc thema. Se-
cūndū ſnīam quā xp̄s dixit
nicodemo Job. in.c.iij. niſi quis nat⁹ fue
rit denuo nō pōt videre regnum dei. qui-
libet dei elect⁹ naſcitur duplici natiuita-
te. Primo natiuitate naturali qua in hūc
mundum naſcitur: de qua Eccl's.iij. Tem
pus naſcendi: et tempus moriēdi. Homo
naſcitur ad laborem. Job.v. Scđo natiui
tate celeſti et eternali: de qua glo. interli-
nearis ſup verbo thematis. natus.ſ. in vi
tam eternā. Et ideo xp̄s nicodemo. Opor
tet vos naſci denuo. Hoc ſuppoſito et de
clarato de vero hoīe: qui eſt beatus petr⁹
martyr propter eius virtutem: qꝛ ſm̄ Boe
tiū de cōſola. li.iiij. proſa.iij. quē tranſfor
matum vitijs vides: hoīem eſtimare non
potes. Sumptū thema introducitur ſic.
In prima natiuitate que eſt terrena ⁊ na
turalis propter triſticiā/natus eſt homo.
igitur in ſcđa natiuitate que eſt celeſtis ⁊
eternalis propter gaudium/ natus eſt ho
mo. tenet iſta ꝯña trib⁹ medijs ſiue vijs.
Primum medium eſt logicale.
Scđm phyſicum et naturale.
Tertiū textuale ſimul et theologale.
¶ Primo tenet iſta ꝯña medio logicali. di
cit pħs. in.j. prioꝝ ꝙ ꝑpoſitiones de con

tingenti ad vtrūlibet conuertūtur per op
poſitas qualitates: vt affirmatiuā in ne-
gatiuā. et ecōtra. Ad ꝑpoſitū oīa que per
natiuitatē terrenā et naturalē adueniunt
electis dei in hoc mūdo: ſunt de cōtingen
ti: et adueniūt contingēter: quia nihil ha
bēt ſtabilitatis: nihil neceſſitatis ⁊ ſepiſſi
me variātur. Luc̄.xv. Da mihi portionem
ſubſtātie que me cōtingit. Et iſta ſunt ad
vtrūlibet: qꝛ indifferēter bonis ⁊ malis cō
ueniūt. Cū igitur electis dei in hoc mun-
do vt plurimū adueniat triſticia. vñ Joh.
in.c. vbi thema. Mundus gaudebit: vos
aūt triſtabimini. Sequiẗ igiẗ ꝙ iſta triſti
cia debet eis cōuerti in oppoſitā qualita-
tem: qđ eſt gaudiū. Pꝫ igiẗ ꝯña declara-
ta medio logicali. ꝙ exquo prima natiui
tate que eſt terrena ⁊ naturalis ꝑpter tri
ſticiā/natus eſt hō: igiẗ ſcđa que eſt cele-
ſtis et eternalis ꝑpter gaudiū/ natus eſt
hō. Scđo tenet iſta ꝯſequētia medio phy
phico et naturali. Pħs in.v. phyſicoꝝ di-
cit/ꝙ motus eſt a cōtrario in cōtrariū. ſi-
cut motus alterationis ab albedine in ni
gredinem. motus localis a ſurſum in deor
ſum: que ſunt cōtraria. et terminus a quo
cōtrariaẗ termino ad quē. Sic motus eſt
a cōtrario in contrariū. Ad ꝑpoſitū electi
dei ſunt in hoc mūdo per natiuitatē natu
ralē tanꝙ in termino a quo. tendūt ad ce
lū vbi naſcūtur eternaliter: tāꝙ ad termi
nū ad quē. Cū igitur in hoc mūdo: qui eſt
terminus a quo: vt dictum eſt: electis dei
adueniat triſticia: ſequiẗ igitur ꝙ in celo
qđ eſt terminus ad quē: et per conſequēs
cōtrarius: dꝫ eis cōuerti in ſuū cōtrariū:
qđ eſt gaudiū. Patet ergo conſequētia de
clarata medio phyſico et naturali: ꝙ exq̊
prima natiuitate que eſt terrena ⁊ natura
lis ꝑpter triſticiā/nat⁹ eſt hō: igiẗ ſcđa q̄
eſt celeſtis ⁊ eternalis propter gaudiū/na
tus ē hō. Tertio tenet iſta ꝯña medio ethi
co ⁊ morali. Pħs moralis Boe.ij. de cōſo
la. pſa.ij. dicit/ꝙ ipſe cōquerēs de fortu-
na q̄re ita erat ſibi aduerſa: ⁊ mōſtrabat ſi
bi vultū nubilū: dicit ꝙ pħia rn̄dēs ꝑ for
tuna dixit ſibi. Nōne adoleſcētulus athe-
nis.ſ. in iouis limine/duo dolia: vnū ple-
num melle: aliud plenū felle iacere didici
ſti? ex doctrina homeri poete ſcꝫ. Fabula
iſtius homeri fuit ꝙ limen iouis eſt mun
dus ſuperior.ſ. celū: et inferior.ſ. terra. q̄li
bet electus dei intrat in hoc limē ꝑ natiui
tates predictas. cū igiẗ in hoc mūdo infe
riori.ſ. terra bibat de dolio fellis amaritu
dinis ⁊ triſticie: ſequitur ꝙ in natiuitate
eterna: que erit in celo: bibet de dolio mel
lis.ſ. gaudij ⁊ leticie. Pꝫ igiẗ ꝯña deducta
medio ethico ⁊ morali: ꝙ exquo p̄ma na
tiuitate q̄ eſt terrena ⁊c̄. Quarto ⁊ vltimo
tenet iſta ꝯña medio textuali ſimul ⁊ theo
logali. Xp̄s diſcipulis dixit in ca. vbi the-
ma. Mulier cū parit triſticiā habet: qꝛ ve
nit hora ei⁹. Cum aūt peperit puerum: nō
meminit preſſure ꝑpter gaudiū: quia na-
tus eſt hō in mūdū. Super hoc verbo Al
chuinus: ꝙ mulier eſt ſancta eccleſia: que
deo ſpūales filios cōcipit. hec parit dum
in hoc mūdo virtutum ꝑfectibus inſiſtit.
ita ꝙ tp̄s preſentis vite eſt tempus pariē
di: ⁊ ſic triſticiā habet. primū inſtans vite
eterne/eſt primū in quo eſt verū dicere ꝙ
peperit et ſic gaudiū habet. Ad ꝑpoſitū:
Cū igitur in hoc mūdo electis dei: qui na
ſcūtur vita naturali: adueniat triſticia: qꝛ
mr̄ ſua eccleſia parit: ſequiẗ ergo ꝙ in ce-
lo: vbi naſcūtur vita eterna: habebūt gau
diū: qꝛ mater ſua peperit. pꝫ rō ex textu.
Et ſic pꝫ ꝯña declarata medio textuali ſi
mul et theologali: ꝙ ex quo prima natiui
tate: q̄ eſt terrena ⁊ naturalis ꝑpter triſti
ciā/nat⁹ eſt hō: ſequiẗ ꝙ ſcđa q̄ ē celeſtis
et eterna ꝑpter gaudiū/natus eſt homo.
¶ Sed pro maiori euidentia thematis/et
declaratiōe preſentis materie/ deducam⁹
et declaremus tam antecedens ꝙ̄ ꝯñs: et
primo antecedēs: deinde ꝯñs. Dixi p̊mo
in antecedēte ꝙ in natiuitate naturali: q̄
hō ⁊ quilibet dei electus in hūc mūdū na
ſcitur: ꝑpter triſticiā natus eſt homo. vn-
de Salomon loquens de ſeipſo/⁊ de quo
libet alio: qui in hunc mundum naſcitur.
Sap̄. in.c.vij. dicit ſic. Ego natus accepi
cōem aerē: ⁊ ſimiliter in factam decidi ter
ram: et primā vocem ſimilem oībus emiſi
plorans. In inuolumētis nutritus ſum:
et magnis curis. Nemo eñ ex regibus ali
ud habuit natiuitatis initium. Unus er-
go eſt omnibus introitus ad vitam: ⁊ ſimi
lis exit⁹. In iſta autoritate notate ſex tri-
ſtabilia: et tria iſtoꝝ ſunt quib⁹ hō priua-
tur: alia tria quibus homo dotatur in ſui
triſticiam et miſeriam.
Primo nāq̄ priuatur oī bono fortune.
Scđo oī naturali robore et vigore.
Tertio oī conſolatione et delectatione.

Quarto indiget aſſidua cura et ſollicitu-
dine.
Quinto habet generalem introitum ſine
diſcrimine.
Sexto habet communē exitum: vt appa-
ret quotidie.
¶ Dico pꝛimo ꝙ pꝛimū triſtabile qđ comi
tatur ⁊ cōſequit̄ hoīem in ſua natiuitate
naturali: eſt ꝙ ꝓuatur ⁊c̄. Et iſtā triſticiā
tāgit ſalomon in tex. qn̄ dicit. Ego natus
accepi cōem aerē. q. d. nihil habui ꝓpꝛiū:
et nullas compoꝛtaui diuitias: nullos ho
noꝛes: ſed accepi illud elementū qđ eſt de
cōi tam mihi/ꝙ beſtijs. ſ. aerē ad reſpirā-
dū. Nec dicit creaui: ſed creatū accepi. di-
uitie em̄: nec alia bona foꝛtune: q̄ ſunt ho
mini ꝓpꝛia: in natiuitate nō habēt. ꝓ tā-
to dixit Job in ca. j. Nudus egreſſus ſum
de vtero matris mee ⁊c̄.
¶ Dixi ſcđo ꝙ ſcđm triſtabile qđ ſequitur
hoīem ī ſua natiuitate naturali: eſt ꝙ pꝛi-
uatur naturali roboꝛe ⁊c̄. ⁊ iſtā triſticiam
tangit ſalomon in tex. qn̄ dixit. Et in ſimi
liter factam decidi terrā. q. d. carui oīm vi
riū poteſtate. qꝛ natus in mundū nō veni
volās: nec ambulās: nec nauigās: nec eq̄-
tans: ſʒ ſine q̄cūqꝫ foꝛtitudine decidi in fa
ctā terrā: quantū fuit per me: niſi per ma-
nus alioꝝ ſuſtentatus fuiſſem. īmo ita ca
ret homo viribus qn̄ naſcit̄: ꝙ nec inſtru
mēta poꝛtat cū q̄bus poſſet ab incommo
dis ſe tueri. non ſic alia aīalia. Solus ho
mo naſcit̄ ſine armis. et dās cauſam huiꝰ
Chꝛyſ. ſuꝑ Mat. dicit ſic. Oēm creaturā
ſenſibilē armatā et munitā creauit deus.
alios veloci pedū curſu: alios vnguibus:
alios pēnis: alios coꝛnibus: hoīem v̄o ſic
diſpoſuit vt ſua virtus ſit ipſe deus: vt ne
ceſſitate coactus ſemꝑ habeat ſuū requi-
rere dominum. hec ille.
¶ Dixi tertio ꝙ tertiū triſtabile qđ conſe-
quit̄ hoīem in ſua natiuitate naturali: eſt
ꝙ pꝛiuatur oī conſolatione ⁊c̄. Et iſtā tri
ſticiā tāgit Salomon in tex. qn̄ dixit. Ego
natus pꝛimā vocē ſimilē oībus emiſi plo-
rās. Pꝛima vox que ꝓcedit ab hoīe in hoc
mūdo eſt ⁊ incipit a ploꝛatu ⁊ triſticia: qꝛ
ingredit̄ vitā triſticie et ploꝛatꝰ: quare eſt
argumētū ꝙ in hac vita naturali pꝛopter
triſticiā natꝰ eſt hō. Narrat Aug. li. de viſi
tatiōe infirmoꝝ: ꝙ q̄dā pħi fuerūt q̄ ī na-
tiuitate pueroꝝ flebāt: qꝛ vitā fletus ⁊ tri
ſticie intrabāt: ⁊ in moꝛte gaudebant. De
iſtis pħis fuit Eraclitus: de quo Seneca
lib. de tranquillitate animi. In ſignū hu-
ius xp̄s reuocaturus ad vitā iſtā miſerā
et triſtē lazarū: fleuiſſe dꝛ Joh. xj. Lachꝛy
matus eſt ieſus. Ad ꝓpoſitū hoꝛum dicit
Solinus de mirabilibus mūdi: ꝙ pꝛima
vox naſcentium eſt vagitus. ſigna enim le
ticie differuntur vſqꝫ in quartū diē. ſolus
em̄ zoꝛoaſtres eadē hoꝛa qua natus eſt: ri
ſiſſe legit̄. nec in hoc aliquod bonū pꝛetē-
debat futurū. fuit em̄ inuētoꝛ artium ma
gicarū ſm ꝙ dicit magr̄ in hiſtoꝛijs.
¶ Dixi quarto ꝙ quartū triſtabile qđ con
ſequitur hoīem in ſua natiuitate natura-
li: eſt ꝙ indiget aſſidua ſollicitudine ⁊c̄.
Iſtā triſticiā tangit ſalomon in tex. qn̄ di-
cit. In inuolumentis nutritus ſum et ma
gnis curis. Nulla ꝓles in mūdo beſtie vel
auis tanta ſollicitudine indiget educatio
nis. nullus fetꝰ tāte apparet imbecillita-
tis ſicut hō. iđ dicit. In magnis curis. Ho
mo em̄ nec incedere: nec comedere ꝑ ſe no
uit. nō eſt res in mūdo que ſecum nō affe
rat veſtimentū et coopertură: niſi homo.
Hugo in didaſcalicō. Singula queqꝫ na-
ſcentiū ꝓpꝛia habēt munimēta: quibꝰ ab
incōmodis ſe defendant. coꝛtex ambit ar-
boꝛē: pēna tegit volucrē: piſcem ſquama
operit: lana ouē induit: pilus iumenta ve
ſtit: ſolus homo inermis naſcit̄: ⁊ nudus
exit. hec ille. Et iđ ſalomon dicit. In inuo
lumentis nutritus ſum.
¶ Dixi quinto ꝙ quintū triſtabile qđ ho-
minē cōſequitur in ſua natiuitate natura
li: ꝙ hʒ generalē introitū ⁊c̄. Iſtā triſticiā
tangit ſalomō in tex. qn̄ dicit. Nemo ex re
gibus aliud habuit natiuitatis initium.
Qꝛ reges qui ſunt dn̄i/et potentes: ita mi
ſere et viliter naſcātur ſicut ⁊ ceteri: iſtud
ad triſticiā ⁊ magnā miſeriā pertinet. oēs
em̄ ſunt ex terra: et ex genere terreno illiꝰ
qui pꝛimo factus eſt. ſ. adam. Sap. vij. iđ
nō mirū ſi ſic naſcūtur ſicut ⁊ alij. Narrat
marcialis de quodā rege ſicilie q̄ nūq̄ vo
luit ī alijs vaſis ſibi miniſtrari: niſi de ter
ra. Interrogatus a quodam cur hoc face-
ret: reſpondit ꝙ lʒ eſſet rex: tn̄ erat filiꝰ cu
iuſdam figuli: ⁊ vt haberet memoꝛiam ge
neris ſui: et non ſuperbiret de regno: oꝛdi
nauit ſibi in vaſis talibus miniſtrari. Iſte
rex habuit in memoꝛia ꝙ nemo ex regibꝰ
aliud habuit natiuitatis initium.
¶ Dixi ſexto et vltimo/ꝙ ſextum triſtabi-

le quod hominem conſequitur in ſua na-
tiuitate naturali: eſt ꝙ habet cōmunē exi
tum ⁊c̄. Et iſtud triſtabile tangit in tex. ſa
lomon qn̄ dicit. Unus eſt ergo omnibꝰ in
troitus ad vitam: et ſimilis exitus. q. d. tā
reges q̄ alij equales ſunt in natiuitate: ⁊
equales in moꝛte: ⁊ in nullo differunt. De
diogene legitur ꝙ inuenit eum alexander
in quodā cimiterio voluentē oſſa moꝛtuo
rum. interrogatus ab eo cur hoc faceret:
reſpondit. putabam inuenire differētiam
inter oſſa nobilium et pauperum: ⁊ nō in
uenio. Et ideo metrice dicitur. Moꝛs do
minū ſeruo: moꝛs ſceptra ligonibꝰ equat:
Diſſimiles ſimili conditione trahit. Pau
peris ⁊ regis: cōmunis lex moꝛiendi: Dat
cauſam flēdi: ſi bene ſcripta legis. Ecce er
go ſex triſtabilia in ſalomonis tex. decla-
rata; que cōſequūtur hoīem in ſua natiui
tate naturali. Ex quibus patet clare veri-
tas antecedentis pꝛemiſſi in pꝛincipio ſer
monis: ꝙ natiuitate terrena ⁊ naturali ꝓ
pter triſticiam/natus eſt homo.
¶ Sed dixi in conſequente ꝙ natiuitate
celeſti et eternali pꝛopter gaudiū/natꝰ eſt
homo. In paradiſo em̄ ſancti habēt gau-
dium. ſm em̄ Augu. gaudium eſt eſſentia
le beatitudinum: et conſequitur viſionē ⁊
fruitionem. vnde in. ix. cōfeſſionum. Bea-
ta vita eſt gaudere de te. et ſm Bernar. il
lud eſt verum et ſolū gaudium: quod non
de creatura: ſed de creatoꝛe cōcipitur. Et
ideo Eſa. in. lj. c. ſui lib. dicit de ſtatu bea-
titudinis: ꝙ gaudium et leticia inuenieť
in ea: gratiarum actio: ⁊ vox laudis. Et di
cit Aug. viij. confeſ. ꝙ gaudium ſanctoꝝū
tāto eſt magnum: quāto in eis in hoc mū
do pꝛeceſſit/maioꝛ anguſtia ⁊ triſticia. Et
dat ad hoc declarādum quinqꝫ exempla.
Pꝛimū eſt de milite triumphāte: qui quā
to maioꝛem laboꝛem habuit in pꝛelio: tā-
to magis gaudet de triumpho. Secundū
eſt de nauigante: qui quanto in tēpeſtate
fuit in maioꝛi periculo: quādo venerit ad
poꝛtum tanto exultat maioꝛi gaudio. Ter
tium eſt de egro qui quanto maioꝛem ha-
bet infirmitatem: tāto magis gaudet ade
pta ſanitate. Quartum eſt de ſitiente ⁊ fa
meſcente: qui quanto magis ſitit ⁊ fame-
ſcit: tanto auidius et gaudentius habito
cibo comedit. Quintum eſt de ſpōſa: que
differtur dari ſponſo. vt quāto ipſum ma-
gis deſiderat: tāto magis eo adepto de ip
ſo gaudeat. Item dicit Augu. ſuper Geň.
ad litteram: ꝙ ſancti gaudent in paradi-
ſo: quia virtutes ibi non ſunt laboꝛioſe.
nunc enim in opere temperantie libidine
ſuperātur: aut in oꝑe foꝛtitudinis aduer-
ſa tolerantur: aut opere iuſticie iniuſti pu
niuntur: aut pꝛudētia mala euitātur. hec
ille. Sic hic virtuoſi qui patiuntur labo-
res et difficultates: operantur delectabi-
liter et gaudioſe ſm pħm. ij. Ethi. ſignum
habentis habitum eſt ſuperueniens dele
ctatio. quanto in paradiſo ſancti gaude-
bunt et delectabūtur: vbi maxima virtus
et nullus laboꝛ aut difficultas. Patet er-
go declaratum ꝙ ſecunda natiuitate que
eſt celeſtis et eterna pꝛopter gaudium na
tus eſt homo. Sed eſt hic declarādū quo
modo ingreſſus in vitam eternam: qui eſt
per huius mundi egreſſum et moꝛtem: di
catur natiuitas. ita ꝙ quādo dicitur dei
electus huic mundo moꝛitur: in vitā eter
nam naſcitur. vnde Beda ſuper thema di
cit ſic. Nec nouū debet videri ſi natus di-
catur qui ex hac vita migrauerit. ſicut em̄
conſuete quis naſci dicitur: cum quis de
vtero matris pꝛocedens in hāc lucem in-
greditur: ita poteſt natus appellari: q̄ ſo-
lutus a vinculis carnis ad lucem eternam
ſublimatur. vnde ſanctoꝛum ſolennia nō
funebꝛia: ſed natalicia vocantur. hec ille.
Et ideo hic dicendum: ꝙ pꝛopius ingreſ-
ſus in vitam eternam: et egreſſus de hoc
mundo/dicitur natiuitas: q̄ ingreſſus in
hunc mundum. quia natiuitas eſt termi-
nus qui componitur de natus et vita: et
ſignificat tantū natiuitas: ſicut natus ad
vitam: quod conuenit iſtis qui ingrediū-
tur in vitam eternam: non illis qui naſcū
tur in hunc mundū: qui ſunt nati non ad
vitam: ſed ad moꝛtem. vnde pš. lxxxviij.
Quis eſt homo qui viuet: et non videbit
moꝛtem. Hac natiuitate in vitam eternā:
natus eſt hodie beatus Petrus martyꝛ:
vbi gaudet ⁊ dicit cum Abachuc in. c. iij.
Ego autem in domino gaudebo: et exul-
tabo in deo ieſu meo. vnde thema conclu
ditur cum dicitur. Pꝛopter gaudium na-
tus eſt homo. Explicit.

¶ In feſto beati Petri
martyꝛis. Sermo. iiij.

A PRopter gaudiũ natus eſt homo. Job. xvj. et in euãgelio dñice currentis. Honorabiles dñi/ iſta dictio ꝓpter/ in nr̃o themate poſita/ dicit in pñti habitudinẽ finalẽ. et eſt intellectus themat;: iſte btũs petrꝰ martyr: de quo hodie feſtiuamus: eſt hõ qui hodie eſt natus ad iſtũ finem vt habeat gaudiũ. Verũ ꝙ quilibet deuotꝰ et cõtemplatiuꝰ qui de hoc mundo hꝫ experiẽtiã et practicã inſtat et obijcit ꝯ iſtud thema dicendo ſic. tria ſunt que de ſua rõne formali gaudiũ nõ importãt: ſed triſticiã et dolorem.

Primũ eſt labor aĩe et corporis.
Scdm eſt breuitas temporis.
Tertiũ eſt miſeria totius ſubiecti.

Sed iſta cõſequit̃ quilibꝫ homo ĩ natiuitate ſua. Patꝫ primum: quia conſequitur homo in natiuitate ſua laborem. Job in capi. v. Homo naſcitur ad laborem. et non ſolũ in corpe: ſed etiã in intellectu: et in opibus mentalibꝰ. vñ pſ. lxxij. Exiſtimabã vt cognoſcerẽ: hoc labor eſt añ me. ¶ Itẽ ſcdo ex natiuitate conſequit̃ homo breuitatẽ in tẽpore. quia Homo natꝰ de muliere breui viuẽs tempore. Job. xiiij. ¶ Itẽ tertio cõſequit̃ miſeriã in toto ſubiecto: quia replet̃ multis miſerijs. q̃ſi flos egredit̃ et conterit̃ et fugit velut vmbra: ⁊ nunꝙ̃ in eodẽ ſtatu permanet. Job vbi ſupra. Iſta dicit quilibet deuotꝰ et contẽplatiuꝰ: qui huius mũdi hꝫ practicam et experientiã. nõ adducunt ſecũ gaudiũ et leticiã: ſed dolorẽ et triſticiã. quare ĝ dic̃ thema. Propter gaudiũ natꝰ eſt homo? Pro ſatiſfaciendo huic admirationi et q̃ſtioni ſciendũ eſt: ꝙ ſi ꝓprie velimus loqui de natiuitate vel de naſci: ingreſſus hoĩs in hunc mundũ/ non dr̃ natiuitas/ ſed mors. ſed egreſſus ſanctoꝝ et iuſtorũ ab hoc mũdo/ dr̃ natiuitas. vñ eccl'ia dic̃ et nominat diem in qua ſancti exeunt de hoc mundo: ⁊ et paradiſum intrant: natiuitatẽ. dicit em̃ eccl'ia natale ſancti petri natale ſancti iohãnis. ⁊ in decretis. xxiiij. q. ij. c. ſane. mors ſctõꝝ non funeralia: ſed natalitia vocatur. Iſta met eſt ſententia Bede ſuper ver bo thematis. Ratio quare egreſſus et exitus ſanctoꝝ/ et iuſtorũ de hoc mundo: ⁊ non ingreſſus; dicatur proprie natiuitas vel naſci: quadruplex poteſt aſſignari per contrarium ad natiuitatem hominis in hunc mundum temporalem.

Primo: quia egreſſus ſanctorum ab hoc mundo habꝫ ꝓprietatẽ vite.
Secũdo: quia hꝫ remotionem qualitatis corruptiue.
Tertio: qꝛ hꝫ ſecuritatẽ contra mortẽ ſibi inimicam.
Quarto et vltimo qꝛ hꝫ finẽ et operationem per contrariũ acquiſitam. B

¶ Dico pmo ꝙ egreſſus ſanctorũ ab hoc mundo dicitur proprie natiuitas: nõ ingreſſus: quia habet proprietatem vite. Ingreſſus hominis in hunc mundũ proprie non dicitur natiuitas. Ptꝫ quia cum iſte terminus natiuitas componatur ex duobus verbis: vel ex iſtis duobus nominibus natus et vita: conſtat igitur ꝙ ille naſcitur: qui hꝫ pro termino vitam. vnde natiuitas dicitur quaſi natus ad vitam. Sed conſtat ꝙ ingreſſus hominum in hunc mundũ non habet pro termino vitam: ſed mortẽ. natiuitas ſ'o qua ſancti naſcuntur in paradiſo: habet pro termino vitam: et non mortem: igitur iſta proprie dicitur natiuitas: et non illa. Regula em̃ eſt philoſophi naturalis ꝙ omnis motus denominatur a termino ad quē. et regula eſt eiuſdẽ pħi ꝙ omnis actꝰ ſumit ſpeciem et denominationẽ a fine. igitur ſequitur ꝙ cum finis natiuitatis temporalis: qua hõ ingreditur in hunc mundum: ſit mors: quia quis eſt homo qui viuet et non videbit mortem. Pſ. lxxxviij. et finis natiuitatis eternalis: qua ſancti naſcuntur ⁊ ingrediuntur paradiſum: eſt vita: concluditur ꝙ iſta proprie dr̃ natiuitas: et non illa.

C ¶ Dixi ſecundo ꝙ egreſſus ſctõrũ ab hoc mundo: non ingreſſus: debet dici natiuitas: quia habet remotionem qualitatis corruptiue. Conſtat ꝙ vnũquodqꝫ tanto magis habet rationem perfecti in ſua ſpecie: quanto magis a ſuo contrario diſtat. illud em̃ habet magis denominationem perfecti albi: quod magis a nigro diſtat. et magis calidi quod magis a frigido diſtat. ſed contrarium vite eſt mors: que habet conditionem et qualitatem corruptionis: igitur ſequitur: ꝙ illud magis perfecte habebit et veridice denominationem vite: qđ magis diſtat a morte. Sancti em̃ qui ſunt in paradiſo: hanc habent vitã totaliter a morte diſtantẽ. diſtant em̃ a morte tripliciter. ẜm ꝙ tripliciter mors in hominibus ſuam iuriſditionem obtinet ⁊ exercet. ſcilꝫ

Per impoſſibilitatem.
Per neceſſitatem.
Per actualitatem.

¶ Primo ſancti diſtant a morte ꝑ impoſſibilitatẽ. nõ em̃ habẽt poſſibilitatẽ moriẽdi. nõ hoc habuit adã in ſtatu innocentie qꝛ habuit poſſibilitatẽ moriẽdi. vñ ſequit̃ ꝙ plus diſtãt ſancti a morte in paradiſo: q̃ adã in ſtatu innocẽtie. lꝫ ſi in illo perſtitiſſet: nunꝙ̃ mortuus fuiſſet. ¶ Scdo modo diſtant ſancti a morte: qꝛ nõ habẽt neceſſitatẽ moriẽdi. nõ hoc habuit xp̃s in vita preſenti: qui nõ ſolũ habuit poſſibilitatem moriẽdi ſicut adã in ſtatu innocẽtie: ſed ⁊ neceſſitatẽ: qꝛ neceſſario mortuꝰ fuiſſet morte naturali: ſi mortuꝰ nõ fuiſſet violẽter. ¶ Tertio modo diſtant ſancti a morte per actualitatem: quia nullus moritur actualiter. Actus ẜm pħm egredit̃ a potẽtia. ex quo ĩ paradiſo nec eſt potẽtia: nec poſſibilitas: nec neceſſitas ad moriendũ: per conſequens non ibi actus ſuos exercebit. Totum contrarium habemus in vita preſenti. et hic poſſibilitas moriẽdi: ⁊ hic neceſſitas: et hic actualitas. Videmꝰ per experientiã ꝙ homines quotidie moriuntur/ et non ceſſant. dicit beatus Augu. ꝙ in illo inſtanti in quo homo in hoc mũdo naſcitur et incipit viuere: in illo pũcto habet poſſibilitatem et neceſſitatem moriendi. et ideo ẜm pħm propria et eſſentialis diffinitio hominis et pro primo inſtanti ſue natiuitatis eſt aĩal rationale mortale. in medio vite iam homo multũ habet cuꝫ morte. vnde eccleſia dicit. Media vita in morte ſumus. In fine vite homo totaliter poſſidetur a morte: quia tunc eſt verũ dicere: homo eſt mortuus. Itẽ eſt imaginatio beati Augu. xiij. de ciuit̃. dei: ꝙ homo ſimul et ſemel viuit et moritur. quod probat ſic. nam aliquando iſta eſt vera: homo moritur: vel ergo dum viuit: vel anteꝙ̃ incipiat vitam: vel poſtꝙ̃ finit vitam. nõ ſecundũ: qꝛ quod nõ eſt ſed erit: non morit̃: qꝛ nõ vixit. ergo nec morit̃: qꝛ mors eſt priuatio vite. Nõ tertiũ: qꝛ qđ nõ eſt/ lꝫ fuit: nõ morit̃: ſed mortuũ eſt. igit̃ relinquitur ꝙ hõ moritur qñ viuit: ⁊ ſic ſimul ⁊ ſemel viuit/ et moritur. et ideo dicit apl's. j. Corinth. xv. Quotidie morior. i. per totũ tẽpus quo viuo: morior. ij. Regũ. xiiij. Oẽs morimur ⁊c̃. Unde põt elici iſta concluſio cõtra logicos. qđ incipit ⁊ deſinit ſimul ⁊ ſemel: de eadẽ re verificatur. et põt ꝓbari per textũ Sap. in. c. v. q̇ dicit. Sic nos nati cõtinuo deſinimus eſſe. Patet igitur ꝙ egreſſus ſanctoꝝ ab hoc mundo: ⁊ ingreſſus in paradiſum/ dicitur natiuitas: quia habet remotionem cuiuſlibet qualitatis mortis leſiue et corruptiue.

D ¶ Dixi tertio ꝙ egreſſus ſanctoꝝ ⁊c̃. dr̃ natiuitas: qꝛ hꝫ ſecuritatẽ cõtra mortem ſibi inimicã: ibi em̃: vt dicit Iohẽs Apoc̃. xxj. Mors vltra nõ erit: neqꝫ luctus: neqꝫ clamor: neqꝫ dolor erit vltra que prima abierunt. immo mors cũ tota ſua potẽtia ⁊ dominio erit totaliter deſtructa: qꝛ nouiſſime deſtruet̃ inimica mors. j. Coꝛ. xv. Ibi apl's facit deriſionem de morte ſibi dicẽs. Abſorpta eſt mors ĩ victoria. Ubi ẽ mors ſtimulus tuus.

¶ Dixi quarto et vltimo ꝙ egreſſus ſctõꝝ ⁊c̃. dicit̃ natiuitas: qꝛ habẽt terminum et operationẽ per contrariũ acquiſitam. Patet. nã finis natiuitatis ingreſſus huius mundi temporalis habet

Principium lachrymoſum.
Medium laborioſum.
Terminum doloroſum.

Ita ꝙ principiũ ⁊ terminꝰ natiuitatis hominis in hoc mũdo totũ triſticia eſt/ ⁊ dolor. Mediũ labor. In ſudore vultꝰ tui veſceris pane tuo. Geñ. iij. Finis doloroſus Defecit in dolore vita mea: et anni mei in gemitibus. pſ. xxx. Circundederũt me gemitus mortis: et torrẽtes iniquitatis cõturbauerũt me. pſ. xvij. Prima enim vox hoĩs qñ naſcit̃ in hũc mũdũ incipit a ploratu. Primã vocem ſimilẽ oĩbus emiſi plorans. (inquit ſalomon Sap. vij.) Hec eſt regula generalis: a qua ſolũ excipit̃ zoroaſtres: q̇ mox natus riſit: ĩ quo natura nullũ bonũ omẽ pretẽdit: qꝛ fuit inuentor artium magicarũ: ⁊ poſtea a nino rege aſſyrioꝝ interfectus eſt: vt ponit btũs Augu. xxj. de ciui. dei. c. xiiij. In ſignum huius dicam tibi duo.

Primum eſt declaratiuum.
Secundum confirmatiuum.

Primum declaratiuũ qđ dicit btũs Aug.

in lib. de viſitatione infirmoꝝ: ꝙ fuerunt quidam phi qui in natiuitate pueroꝝ flebant: qꝛ vitā fletus et triſticie intrabāt. et in morte gaudebāt: qꝛ de vita doloroſa et laborioſa exibāt. Hic cōfirmatur qḋ habetur in euāgelio Joh. xj. ꝙ xp̄s in morte lazari gauiſus eſt ꝓpter credētiā diſcipuloꝝ ex futuro miraculo. vñ dixit diſcipulis Lazarus amicus noſter dormit: ſed vado vt a ſomno excitem eū: et gaudeo propter vos. Sed in reſuſcitatione ſua et reuocatione ad vitā preſentē triſtē ⁊ doloroſam/ xp̄s plorauit ⁊ doluit: qꝛ ſequitur in tex. ꝙ lachrymatus eſt ieſus. Patet igiť ꝙ natiuitas et ingreſſus in hūc mundū et principiū/ et mediū/ et finis/ et terminus/ totū eſt labor/ dolor/ et triſticia. Sed natiuitas ſanctoꝝ in paradiſum per contrariū: eſt gaudiū/ ⁊ leticia. nam dicit propheta: ꝙ ibi gaudiū et leticia inueniet̃ in ea: gratiarū actio/ ⁊ vox laudis. Eſa. lj.

E ¶ Ad ꝓpoſitū btūs petrus martyr hodie in mūdo moritur: ſed in celo naſcitur. Cū igiť talis natiuitas habeat ꝓ fine ⁊ termino gaudiū: ſequiť ꝙ bene de eo in themate dr̄. Propter gaudium natus eſt hō. Hodie ſibi dicit xp̄s illud Mat. xxv. Jntra in gaudiū dn̄i tui. Gaudiū em̄ ſctoꝝ in paradiſo triplici rōne noīatur: ſm̄ ꝙ tripliciter cōſideratur. Conſideratur enim

Primo prout recipiť in aīa ſubiectiue. et ſic vocatur hoc noīe gaudiū. et qꝛ eſt cū ſecuritate: ideo xp̄s. Gaudebit cor veſtrū: et gaudium veſtrū nemo tollet a vobis. ſcribitur vbi thema.

Secūdo prout procedit a diuina eſſentia obiectiue. ⁊ ſic vocať leticia. Adimplebis me leticia cū vultu tuo. ſcribiť in pſ̄. xv.

Tertio prout erit in corpore et aīa totaliter: et cōſummatiue. qꝛ gaudiū ab anima poſt reſurrectionē redūdabit ⁊ ſaltabit in corpus: ⁊ ſic vocať exultatio. i. adextra ſaltatio. qꝛ gaudiū anime btē in reſurrectione: qḋ eſt intra ſaltabit ī corpus adextra. De iſtis tribus modis quibꝰ noīatur gaudiū ſanctoꝝ ī paradiſo dicit pſ̄. l. Auditui meo dabis gaudiū. quantū ad primū modū. et leticiā: quantū ad ſcḋm modū: ⁊ exultabunt oſſa humiliata: quantum ad terciū modū. Propter hec oīa dicit nobis petrus martyr in paradiſo vbi xp̄s natus eſt propter gaudium. illud Abachuc in. c. iij. Ego autem in domino gaudebo: ⁊ exultabo in deo ieſu meo. Sed magis honorabiles domini ad propoſitum deſcendendo/ nunquid de iſto gaudio beati petri martyris nos habebimus partē: et erimus participes: qui ſumus in tanto dolore ⁊ triſticia propter iſtam plagam mortis et epidimie? Certe ſic. Gaudete cum eo. qui in triſticia fuiſtis. ſcribitur Eſa. vltīo. Gaudete qꝛ triſticia veſtra vertetur in gaudiū. ſcribitur vbi thema. quia propter gaudiū natus eſt homo. ſ. beatus petrus martyr. Et ſui gaudij nos erimus abſqꝫ dubio participes: et hoc propter quattuor rōnes: quarum tres conueniunt oībus ſctis. quarta ſpecialiter btō petro martyri aſſignať

F Primo ꝓpter perfectionē charitatis.
Scḋo ꝓpter cōiūctionē fraternitatis.
Tertio ꝓpter experiētiā paſſibilitatis.
Quarto ꝓpter ꝓmotionē ſingularitatis.

¶ Primo erimus participes gaudij beati petri martyris nos qui ſumus in triſticia propter perfectionē charitatis. Charitas ſanctorum (inquit Bernar.) nō eſt minor in patria: ꝙ in via. immo maior: quia ibi dicitur charitas perfecta ⁊ conſummata. Sed in via ſancti oſtendunt nobis charitatem ſuam/ orando ꝓ nobis. vt patet de helia: qui orauit et celum dedit pluuiam. iij. Reg. xviij. et de moyſe cuius precibus cōtra populū furor dn̄i eſt placatus. Exo. xxxij. et ſic de multis alijs. Quāto magis ergo nunc ſancti oſtendēt nobis charitatem ſuam: quādo ſunt in patria. q. d. multo magis. vnde dicit Bernar. de quolibet ſancto: qui eſt in paradiſo: ad iſtud ꝓpoſitū ſic: et poteſt applicari beato petro. Si enim cum hic adhuc viueret: miſertus eſt peccatoribus: et orauit pro eis patrē: quāto magis in illa beata patria: que charitatem eius non minuit: ſed augmētauit. Nec em̄ quia impaſſibilis omnimode impaſſibilis eſt effectus: ſed nunc potius induit ſibi viſcera mīe: quādo ante fontem aſſiſtit mīe. Patet igitur ꝙ propter ſuam perfectam charitatem erimus participes gaudij beati petri martyris.

¶ Scḋo habebimus participium ſui gaudij propter coniunctionem ⁊c̃. Hāc rationem format beatus Bernar. ſermo. lxxviij. ſuper cañ. ſic arguens per locum a maiori. Si angeli in celis faciunt nobis participium ſui gaudij (nam gaudium eſt angelis dei ſuper vno peccatore penitētiam agente. Luce. xv. qui tamen non ſunt eiuſdem nature: nec eiuſdem ſpeciei: nec eiuſdem germanitatis) quāto magis hoc habebit locum in ſanctis qui ſunt eiuſdē nobiſcum nature/ ſpeciei/ et germanitatis. Bernardus. Nonne ſancti angelis impares ſunt: qui affectu et mīa eo nobis germaniores: quo natura coniunctiores.

B ¶ Tertio habebimus participium gaudij ſanctorum propter experientiam paſſibilitatis. Habuerunt paſſiones quas nos habemus: labores/ et dolores. et per conſequens magis nobis miſerebuntur: et de ſuo gaudio facient partem. Bernar. Nonne tolerantia eorundem paſſionum et miſeriarum/ in quibus nos pro tempore adhuc verſamur: aliquid pro nobis operabitur in montibus ſanctis: eo ꝙ ſe tranſiſſe per eas proculdubio meminerunt. Nōne illa ipſorum vox eſt. Trāſiuimus ꝑ ignem et aquam ⁊c̃. Quid igitur? ipſi tranſierūt: et nos in medijs ignibus vel fluctibus derelinquent: nec ſaltem manum porrigere periclitantibus filijs dedignabunť? quaſi dicat. non. Beatus petrus habuit paſſiones ⁊ labores in hoc mundo: fuit in ordine predicatorum triginta annis inquiſitor heretice prauitatis: perſecutus ꝑ hereticos: et finaliter pro fide xp̄i paſſus.

¶ Quarto ⁊ vltimo habebimus participium gaudij beati petri martyris ꝓpter promotionē ſingularitatis. Singulariter eſt dilectus a chriſto: ⁊ promotus ſpecialiter in gratia miraculorum, incipe hic miracula et dic. Sed queris que eſt ratio quare beatus petrus ſit clarus miraculis / iſtis temporibus? Reſpondeo ꝙ de hoc habes rationem figuralem Geneſ. xxxvij. vbi habetur ꝙ iacob diligebat ioſeph ſuper omnes filios ſuos: eo ꝙ in ſenectute genuiſſet eum. Sic eccleſia quaſi modo nouiter in ſenectute ſua genuit chriſto beatū petrum martyrem: quia ipſe eſt nouus martyr: et de nouis: ideo chriſtus multū eum diligit: ⁊ ſuper alios ſibi complacet in miraculis. Hic moralitatē hollcot de ſtephano ⁊ beato petro de edificio eccleſie. Pro concluſione et concordātia finali ego euāgelizo vobis gaudium magnū: quod erit omni populo: qꝛ natꝰ eſt hodie nobis ſaluator. Luc. ij. ſcilꝫ beatus petrus. per interceſſionē natus eſt propter gaudiū. Et ſi obicem nō ponimus: ſui gaudij erimus participes cum gaudio: quod nobis concedat pater et filius qui viuit et regnat in ſecula ſeculorum. Amen. Et ſic explicit ſermo. Deo gratias.

¶ Jn feſto beati Petri martyris. Sermo. v.

impediri: ⁊ propter hoc datur angelorum
cuſtodia ad remouendū a malo: ⁊ ad pro
mouendum ad bonum: a quo retrahit an
gelus malus. ¶ Tertia queſtio vtrū pueri
in vtero matris habeant angelū cuſtodē.
videtur ꝙ non: qꝛ datur angelus propter
ſalutem ſpiritualem conſequendam: que
haberi non poteſt ſine ſuſceptione ſacra
mentorum: quorum ipſi nō ſunt capaces
pro illo ſtatu: ⁊ ſic inutilis videtur iſta cu
ſtodia. Reſpondeo ꝙ ſacramēta conferū
tur per miniſtros eccleſie: et licet pro illo
ſtatu pueri non ſubdantur autoritatibus
angelorum: et ideo ab inſtanti infuſionis
anime datur eis angelus cuſtos per queꝫ
prohibet̃ virtus diaboli ab eius nocumē
to. poſſet enim per diabolum in vtero ma
tris extingui: et ſic propter peccatum ori
ginale dānari. ¶ Quarta queſtio vtrū an
tichriſtus habebit angelum cuſtodem. vi
detur ꝙ non: qꝛ dicit apl's.ij. ad Theſſal'.
ij. ꝙ aduētus eius erit ſm̄ operationem
ſathane. que cuſtodia datur contra ſatha
nā: ideo fruſtra eſſet in eo angelica cuſto
dia. Reſpōdeo ꝙ ſic. quia lex communis
non debet mutari propter vnum. In hoc
eius pena apparebit iuſta: quia beneficia
toti nature promiſſa non ſunt ei negata.
Sed talis cuſtodia angeli erit fruſtra: ex
quo nō poterit conuerti ad bonum. Dico
ꝙ ſi non cōuertatur ad aliquod bonuꝫ: ex
cuſtodia tamē angeli boni ceſſabit a mul
tis malis. Et nota ꝙ hunc effectum cōſe
quitur ad minus ſemper angelus cuſtos
in quocūqꝫ obſtinato. ¶ Quinta qđ vtrū
beata virgo habuit angelum cuſtodem. ⁊
videtur ꝙ non: qꝛ erat confirmata in gra
tia: et non poterat peccare: igitur ⁊c̄. Re
ſpondeo ꝙ ſic: quia non minoris dignita
tis erat beata virgo ꝙ alij homines: ſꝫ ha
bere angelum cuſtodē eſt dignitas homi
num et animarum: igitur ⁊c̄. Secundo qꝛ
datur cuſtos: vt dictum eſt: non ſolum vt
liberet a periculo: ſed etiam vt inſtruat: iō
beata virgo etſi primo non indiguit: ſecū
do inſtructa fuit per angelum gabrielē de
chriſti incarnatione. de modo ſue conce
ptionis. vt patet Luce.j. Item de fuga in
egyptum. de perſecutione herodis cōtra
puerum chriſtum; et de reditu in terrā iſ
rael poſt obitum herodis. vt patet Mat
thei.ij. Dicūt enim doctores ꝙ cuſtos vir
ginis fuit gabriel. Alij dicunt ꝙ habuit
mille angelos deputatos ad ſui cuſtodi
am. et hoc dicunt declarando illud quod
dicitur in Canti.ca.iiij. Mille clypei pen
dent ex ea: omnis armatura fortium ⁊c̄.
¶ Sexta queſtio vtrū chriſtus angelū cu
ſtodem habuit. videtur ꝙ ſic: quia nō de
buit priuari dignitate aliorum hominū:
ſed habere angelum cuſtodē pertinet ad
dignitatem hominis: vt dictū eſt. Reſpō
deo ꝙ non: quia etſi ad dignitatem viato
ris pertinet ꝙ habeat angelum cuſtodē:
quia datur pro cuſtodia vie. Angelis ſuis
mandauit de te: vt cuſtodiant te ⁊c̄. habe
re tamen cuſtodem non pertinet ad digni
tatem comprehenſoris. vnde patet ꝙ dia
bolus falſum dixit chriſto Mat. iiij. An
gelis ſuis ⁊c̄. chriſtus vero non ſolum via
tor fuit: ſed etiam comprehenſor: et adiu
torio nō indigebat aliquo: quia eius bo
num vel malū impedire non poterat. Itē
nec poterat illuminari per angelū: nec in
ſtrui: quod eſt alius effectus angeli. quia
eius aīa verbo vnita immediate illumi
nabatur perfectiſſime ab eodē: immo chri
ſti anima ex illuminatione verbi illumina
bat angelos. et non econtra. Et ſi dicatur
videtur contrarium Luce. xxij. ꝙ factus
in agonia tempore paſſionis apparuit de
celo angelus confortans eum. Dicēdum
ꝙ non per modum cuſtodis eum iuuan
do vel inſtruendo: ſed per modum mini
ſterij formā eius congratulando: ſicut ho
mo naturaliter cōfortatur ad preſentiam
amicoꝝ. ¶ Septima et vltima queſtio: cū
deus principaliter ſit cuſtos hominum.
Job.vij. Quid faciam tibi o cuſtos homi
num: ⁊ cuiuſcunqꝫ cuſtodia nihil valet ſi
ne ſua. quia niſi dn̄s cuſtodierit ciuitateꝫ
fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. pſ̄. quia
fruſtra ſit per plura ⁊c̄. ſm̄ pħm. Secun
do cuſtodia et conſeruatio hominum eſt
per gratiam: ſed deus per ſe immediate
infundit gratiam nō per alium: igitur ⁊c̄.
Tertio vnus effectus angelorum cuſtodie
eſt ꝙ portant orationes hominum ad de
um. Tobie.xij. Quando orabas cū lachry
mis dicit raphael: ego obtuli orationem
tuā domino. Alius effectus eſt ꝙ portant
aīam ad celū. iuxta illud Luc. xvj. Factū
eſt vt moreretur mendicus: et portaretur

ab angelis ꝛc. Et totū hoc deus pōt face re ꝑ ſeipſum ſolū: igiť angelorū cuſtodia eſſet fruſtra. Rñſio ad iſta ꝙ deus tanꝙ̄ principalioꝛ hoīm cuſtos pōt oīa iſta ſu⸗ pradicta facere ꝑ ſe ſolū: ſed vult facere per inſtrumēta ſua et ꝑ miniſtros. Lex eſt diuinitus ordinata ſm ꝙ dicit Dionyſiꝰ de celeſti hierarchia: vt inferioꝛa reducā⸗ tur ad ſuperioꝛa ꝑ media: deus eſt ſuꝑioꝛ homo eſt inferioꝛ: angelus eſt mediꝰ. Itē quoad effectū cuſtodie: quoꝝ vnus eſt ho minum orōnes offerre deo: alius eſt aīas in celū ducere ꝛ gratiā per ſeipſum infun dere. Dicendum ꝙ in hoc deus vtiť ipſis angelis tanꝙ̄ inſtrumentis. Uidemꝰ em̄ in artificialibꝰ ꝙ inſtrumēta diſponunt ad formā: vt ignis mollificando ferrum. et martellus dilatādo: ſed forma cultelli induciť ab artifice ſm ſimilitudinē artis quā hꝫ principale agens. Ita et deus pri mus cuſtos inducit vltimā perfectionem coniungentē fini tanꝙ̄ formam: et hec eſt gratia ꝛ gloria. ſed angeloꝝ eſt per illumi nationes/et per eius cuſtodiā/et ad illuꝫ finem diſponere et preparare. Ex quibus om̄ibus finis imponitur ſcđo iſtius ſer⸗ monis trectatui: in quo dicebať ꝙ tracta retur de angelis quantū ad humanā crea turam: in quo dicebať ꝙ angeli ſunt hu⸗ miles ꝛ infimi ſeu baſſi ꝑ adminiſtratio⸗ nē: qꝛ ſunt eoꝝ. ſcꝫ hoīm: quia cuſtodes ꝛ miniſtratores oēs ſunt.

Tertia pars.

¶ Tertio dixi pricipali⸗

ter et vltimo ꝙ tertiꝰ tractatus pn̄tis ſer monis eſſet de angelis quantū ad ſuam felicitatem perdurabilem. Et hic tracta⸗ biť ꝙ angeli ſunt rapti in cōtēplatione: quia ſemper vident fa: patris. iuxta ter⸗ tiam partē thematis. In angelis ſimul et ſemel eſt duplex vis ſm doctores. Una miniſtratiua: qꝛ nobis mittunť: ſm iſtaꝫ deſcendūt. Alia contēplatiua: qꝛ deo per viſionē facialē et preſentialē: vñ eſt eoꝝ premiū: ſemꝑ fruūtur: et ſic rapiuntur et aſcēdunt. Hos vidit iacob Gen. xxviij. qñ vidit ſcalam ſtantē in terra: et cacumē ce lum tangens: ꝛ angelos aſcēdentes ꝛ de ſcendentes ꝑ eam: et dn̄m innixū ſcale. Per angelos q̄ deſcēdūt ſignť ipſimetip⸗ ſi: q̄ ad hoīes deſcēdūt ad cuſtodiā et mi niſtrationē. Per angelos qui aſcendūt ſi⸗ gnificāť ipſimet āgeli: q̄ deo familiariter vtunť per beatitudinē et contēplationē. Per ſcalā intelligiť claritas qꝛ vterqꝫ mo dus de claritate procedit. Uñ dicit beatꝰ Petrꝰ ꝙ deus eſt in quē deſiderāt angeli proſpicere. j. Peť. j. iō ſtatim in principio ſue creationis fuerūt ei adherētes. de be⸗ neficio creationis grās reddentes: cū pſ̄ dixerunt. Dn̄e deus virtutū cōuerte nos: et oſtēde faciē tuā et ſalui erimꝰ. Iſta eſt felicitas. Sicut em̄ angeli mali vbicūqꝫ ſunt et vadūt: ſemꝑ ſua pena comitantur ſic angeli boni ſua gloria: vt eos laudādo et cōmendādo deo dicamus illud qđ ſcri biť. iij. Reg. x. Beati viri tui: ꝛ beati ſerui tui qui ſtant corā te ſemꝑ. Et ſic habemꝰ tertiā partē ſermonis: et per ꝯſequens fi niť ſermo. ¶ Sed qꝛ hodie fit ſpecialiter feſtū de beato Michaele: ideo in eius ho norē ſpecialr̄ dicenda ſunt. viij. de eo. Primū eſt ꝙ ꝓpter virtutes bene fama⸗ tur. Ptꝫ ex eius noīe: qui interꝑtať virtꝰ dei: qs vt deus alter deus cū mira ꝟtute Gregoriꝰ dicit de tribꝰ angelis q̄ venerūt ad abraā et eius noībꝰ: qꝛ ex noīe differūt quid in cōparatiōe valeāt. Scđm ꝓpter victorias multū laudať. Ptꝫ Apocal. xij. Factū eſt preliū magnū in celo ꝛc. Tertiū eſt qꝛ idolatriā fugauit: vt ptꝫ de corpore moyſi (de h̄ iudas in epl̄a ſua. c. vnico.) qđ voluit diabolus iudeis ꝓdere: vt euꝫ adorarēt. Quartū eſt qꝛ pplꝫ gubernauit. Ipſe ſynagogā de egypto traxit. plagas egyptijs intulit. mare rubrū diuiſit. pplꝫ per deſertū duxit: ꝛ in terrā promiſſionis introduxit. Exo. iij. Quintū qꝛ contra an tichriſtū pugnabit. Danie. xij. In tꝑe illo conſurget michael princeps qui ſtat ꝓ fi⸗ lijs populi tui. Sextū qꝛ ipſum interfi⸗ ciet. Ptꝫ. ij. ad Theſ. ij. Quē dn̄s ieſus in terficiet ſpū oris ſui. Iſte ſpūs ē michael ſm doctores. Septimū qꝛ mortuos reſu ſcitabit. j. ad Theſ. iiij. Ipſe dn̄s in iuſſu et in voce archāgeli/et in tuba dei deſcē⸗ det de celo. Octauū qꝛ habet autoritateꝫ aīas in celū eleuare. vñ data eſt poteſtas archāgelo michaeli ſuꝑ oēs aīas ſuſcipiē das. Et ſic patent cuilibet contemplanti octo excellētie: que ſpecialiter ꝑtinent ad beatū Michaelē: et ꝑ conſequens habe⸗ mus totū ſermonē. Placeat deo ꝛc.

¶ De ſancto Michaele ſeu de ange⸗ lis. Sermo. ij.

Angelis ſuis mādauit de te: vt cuſtodiāt te in oībꝰ vijs tuis. ſcribitur in pſ̄. xc. Pro declaratiōe iſtiꝰ ꝛc. videmꝰ ꝑ experien tiam ꝙ rex ꝑ̄potens hn̄s duas ciuitates vt ſupra ī ſermone ꝑ̄cedēti ꝛc. iō ꝯcludiť thema. Angelis ſuis ꝛc. Uñ honorabiles dn̄i eſt notandū ꝓ ꝓſecutiōe materie/ ꝙ āgelꝰ ſm Greg. eſt nomē officij: ꝛ nō na⸗ ture. nā ſm eūdē ille celeſtes creature ſꝑ ſunt ſpūs: ſꝫ ſemꝑ vocari angeli nequaꝙ̄ poſſunt. tūc em̄ vocanť angeli: cū ꝓ exer⸗ cendo aliquo officio ad nos mittunť: et ideo angelꝰ grece đꝛ nuncius latine. ideo qꝛ angelus nomē officij eſt: reꝑio ꝙ nouē officia angeli circa hoīes exercent ſm nu merum. ix. ordinū angelorū.

Primum officiū angelorum eſt homines paſcere.
Scđm eſt eos ad bonū promouere.
Tertium eſt deuiantes dirigere.
Quartū eſt diabolū retinere: et eius pote ſtatem refrenare.
Quintū eſt peccatorē reprehendere: et ab eo non diſcedere.
Sextū eſt ſuper penitēte gaudere: ꝛ inde gaudiū demonſtrare.
Septimū eſt deū continue laudare.
Octauum eſt aīas ad celū eleuare.
Nonū eſt animas cuſtodire.

Et de iſto vltimo officio loquiť thema cū dicit. Angelis ſuis ꝛc.

¶ Dico primo ꝙ qꝛ angelus nomē officij eſt: nō nature: reꝑio ꝙ primū officium qđ circa hoīes exercēt eſt cibū hoībus ꝓuide re: ꝛ eos paſcere. Hoc pꝫ. iij. Reg. xix. vbi legiť ꝙ angelꝰ attulit panē ꝛ aquā helie ꝛ dixit. ſurge ꝛ comede. grandis em̄ reſtat tibi via. Qui comedit ꝛ bibit: ꝛ ambula⸗ uit in fortitudine cibi illiꝰ vſqꝫ ad montē dei oreb. vñ ptꝫ ꝙ paſcūt hoīes ꝛc. In q̈ hiſtoria q̈ttuoꝛ cōtēploꝛ. Primū eſt hiſto riale circa h̄ ꝙ diċ ꝙ angelꝰ attulit panē helie: de q̄ comedit. in quo dať nob̄ innui ꝙ panis et vinū et qđcūqꝫ aliud qđ ſuffi⸗ cit ad ſuſtentādū vitā hoīꝫ: ꝑ angelos no bis miniſtranť. Ipſi fugāt mala tꝑalia: tē peſtates/glacies/grādines. qꝛ iſta prohi⸗ bent et cōſumūt. Per angelos em̄ malos venit grando ī egyptū: q̄ omne fenū con ſumpſit: et oē lignū regionis cōfregit; vt habeť Exođ. ix. ꝛ in pſ̄. lxxvij. đꝛ de egy⸗ ptijs. Miſit in eos irā indignatiōis ſue: indignationē ꝛ irā ꝛ tribulationē: imiſſio nes ꝑ angelos malos. A ſimili ꝑ ꝯ̄ria per miniſteriū āgeloꝝ bonoꝝ venit nob̄ abū⸗ dantia ꝛ aeris tēperies. Angeli miniſtrāt horas dies mēſes annos et tēpora. ad qđ facit illud Apoċ. ix. ꝙ angeli pati erāt in horā diē mēſem et annū. Et ſm ꝙ ponit ſctūs Tho. in. j. ꝑte. q. art. j. oīs crea⸗ tura corꝑalis adminiſtrať ꝑ angelos: et ī ſolutionibꝰ argumentoꝝ allegat origenē ſuꝑ numerū di. ꝙ a deo opꝰ eſt angelis. angeli em̄ preſunt iumentis et neceſſitati aīaliū ꝛ plātationū ꝛ tormētis ꝛc. h̄ ille. (Scđo eſt notandū ꝙ iſta hiſtoria eſt mo ralis: circa hoc ꝙ đꝛ ꝙ helias comedit de illo pane ſibi ꝑ angelū miniſtrato: et in fortitudine cibi illiꝰ ambulauit. xl. diebꝰ ꝛ xl. noctibꝰ. Inde docemur moralr̄ ꝙ iſte panis eſt pn̄ie. de quo ī pſ̄. lxxix. Cibabis nos pane lachrymaꝝ. quo mediāte ambu lamꝰ. xl. diebꝰ et. xl. noctibꝰ: qui eſt nūerꝰ ꝑfectꝰ pn̄ie. ieſus em̄. xl. diebꝰ ꝛ. xl. nocti bus ieiunauit: et pn̄iam fecit. Mat. iiij. Et ambulamus in fortitudine eius/vſqꝫ ad montē dei oreb. i. grē: qꝛ per pn̄iam di mittiť culpa: ꝛ conferť grā. et ſic ꝑ. xl. ve⸗ nimus per ꝑtes ſuas aliquotas in. l. qui eſt nūerus iubileus remiſſiōis et gratie. Per āgelos iſte panis nobis miniſtratur immo de iſto pane ipſe angelꝰ paſciť et recreať: qꝛ ſm Bern. ſuꝑ canť. ſer. lxviij. lachryme pctōꝝ delitie ſunt angelorum. Tertiū ꝟbū qđ eſt in iſta hiſtoria: eſt ſpiri tuale. ſ. ꝙ panis euchariſtie ſacramenta⸗ lis: q̄ đꝛ angeloꝝ. pſ̄. Pa. ange. m. homo. In cuius fortitudine nō ſolū ꝑuenimꝰ ad locū pn̄ie: ſed ad. l. remiſſionis culpe/et collatiōis grē ꝛ glīe. Angeloꝝ miniſterio nobis miniſtrať ad ipſiꝰ dignā ſuſceptio nē ſuis ſctīs āmonitionibus ꝑ̄parando. Quartū et vltimū notatur ꝙ ꝑlatus ꝛ ſa cerdos: q̄ angelꝰ đꝛ. mala. ij. Labia ſacer⸗ dotis cuſtodiunt ſciētiā: et legē requirēt ex ore eiꝰ: qꝛ angelꝰ dn̄i exercituū eſt. hn̄t officiū paſcendi pplꝫ: ꝓpter qđ dicti ſunt paſtores a paſcendo. đꝫ em̄ paſcere pplm̄ triplici pane. ſ. exēplo ꝟtuali: ꝟbi doctri⸗ nalis: ꝛ ſuſtētatiōis materialis. In ſignū huius xp̄s petro maxīo angelo/et ſupre⸗ mo ꝑlato/dixit Io. xx. Paſce oues meas. Et hec de primo officio angeloꝝ ꝛc.

¶ Scđm officiū angeloꝝ circa homines
eſt ad bonū ꝓmouere. Et de hͦ officio ptꝫ
Mat. ij. vbi legit̄ ꝙ angelus dn̄i appa. ī
ſom. Jo. dicēs. Surge ⁊ accipe. pu. ⁊ ma.
eius: ⁊ fu. in egyptū. q̄ fuga fuit bona ad
vitandū mortē pueri xpi'q̄ ꝓcurata fue/
rat. Jn quo moraliter edocemur: ꝙ qn̄ in
volūtate cōcipimus bonū ꝓpoſitū et ip/
ſum ꝓſequimur deducēdo ad opus: tunc
ab herode. i. diabolo ꝓcurat̄ ⁊ mors ma
tris. i. bone volūtatis: et pueri. i. nati bo
ni operis executi: ſed per bonū angelum
ammonemur vt ab herode. i. diabolo/ fu
giamus: ne matrē et puerū per pctm̄ per
damus. Un̄ ẜm Bern̄. ẜmo. xxxj. ſuꝑ cāti.
angelus ſemꝑ exhortat̄ aīam hoīs: ⁊ dei
dilectā ad bonū promouere nō ceſſat. pſ.
xxxvj. Delectare in dn̄o: et dabit tibi peti/
tiones cordis tui. et rurſum ibidē. Expe/
cta dn̄m ⁊ cuſtodi viā eius. Jtē Abachuc
ij. Si morā fecerit expecta illū: q2 veniēs
veniet ⁊ non tardabit. Fidelis peramplꝰ
Bern̄. dicit. angelꝰ q̄ mutui amoris dei: ⁊
aīe conſcius: ſed nō inuidus: non querit:
ſed dei gloriā diſcernit. medꝰ inter dile/
ctū et dilectā vota offerēs referēs dona.
execrat iſtū: placat illū. Jntēdit quoqꝫ lꝫ
raro repreſentet: eos pariter ſibi ẜm hūc
rapiens: ſed illū adducens. hec Bernard.
Et hec aq. ſecundo.
¶ Tertium officiū angelorum circa hoīes
eſt eos deuiantes ad rectam viā dirigere:
Jſtud officiū patꝫ Tob. v. de Raphaele q̄
duxit Tobiā in rages ciuitatē medorum
ꝑ iter qđ Tobias egrediebat̄: vn̄ dixit ra
phael tobie de filio ſuo. Ego ducam eum
et reducā ſanū ad te: q2 viam noui et iti/
nera eius frequēter ambulaui. Jn iſta hi/
ſtoria moraliter inſtruimur ꝙ in oībꝰ vijs
et itineribus in quibꝰ in pn̄ti via ambu/
lamus: angelos habemꝰ ductores. Jn ſi/
gnum huiꝰ dicit̄ in themate. Jn oībꝰ vijs
tuis. Si erras viā: te ducit. exemplum in
agar ancilla ſare: q̄ cū fugeret a facie dn̄e
ſue: et erraret in ſolitudine: angelus dn̄i
dixit ſibi. Agar vnde venis: et q̄ vadis ⁊c.
Reuertere ad dn̄am tuā et humiliare ſub
manu eius. Gen̄. xvj. Si erras ipſe viam
tibi oſ̄det. vn̄ angelus dixit petro extra/
hens eū de carcere. Circūda tibi veſtimē
tū tuū: et ſeq̄re me. Act̄. xij. Et populus ꝑ
deſertū habuit angelū ductorē. Angelus
dn̄i ꝑcedebat caſtra iſrael. Exodi. xiiij. Et
moyſi dixit dn̄s Exo. xxxij. in fine. Uade ⁊
duc populū iſtū de quo locutus ſum tibi
angelꝰ meus precedet te. Jđ pōt intelligi
de q̄libet nr̄m illđ: qđ dixit dn̄s Malach.
iij. et habet̄ Matth. xj. Ecce ego mitto
angelum meū ante faciem tuam: qui pre
parabit viam tuam ante te.
¶ Quartū officiū angeloꝝ circa hoīes eſt
diabolū retinere ⁊ ſuā ptātē refrenare ⁊c.
Jſtud officiū pertinet ad ordinē poteſta/
tum. ⁊ factū eſt hͦ officiū per raphaelē in
aſmodeo: q̄ interfecerat ſeptem viros ſa/
re: quē religauit ī deſerto ſuperioris egy
pti: vt ptꝫ Tob. viij. Ex qua hiſtoria duo
poſſum notare. Primū ꝙ accedētes libi/
dinoſe ad cōiugiū fundantes ꝯctū matri
moniū non in honeſto: ſed delectabili ſic
fecerūt illi ſeptē viri ſare: per demonē ſpi
ritualiter ſuffocant̄. Et nota pulchre ad
hoc hiſtoriam Tob. vj. qūo raphael dixit
tobie ꝙ oportebat eū accipere ſaram in
vxorē. et cōcluſionē quā ſibi dixit. ſ. Audi
me: et oſtendā tibi: q̄ ſunt q̄bus pōt ꝑua
lere demoniū ⁊c. Et nota ꝯcluſionē. et tu
caue vt non in coniugio libidini vaces ſi
cut equus et mulus: q̄bus non eſt intelle
ctus. Scđo potes hic notare: ꝙ diabolꝰ
ꝯ quēcūqꝫ hoīem: quantū in ſe eſt recipit
ptātem: ⁊ eā potenter exeq̄ret̄: niſi per bo
nū angelū refrenaretur: et iđ adiutorio
bonoꝝ angeloꝝ indigemus: vt nobis aſſi
ſtant: vt nos defendant: et maloꝝ ptātes
repellāt. q2 ẜm ꝙ dicit Bern̄. ſermone. vij
ſuꝑ cant̄. ſi ſe a nobis boni ſpūs elōgaue
rint: impetꝰ maloꝝ q̄s ſuſtinebit? Pro tā
to ipſe Bern̄. ſermone. xxxix. tractās illud
Cant̄. j. Equitatui meo in curribꝰ pharao
nis aſſimilaui te amica mea. dicit ꝙ aīa
ſctā xpi ſponſa nunq̄ eſt ſine angeloꝝ cu
ſtodia: q̄ eā emulant̄ dei emulatiōe: ſolli/
citi ſuo viro ſeruare: ⁊ virginē caſtam xpo
exhibere. Ergo (inq̄t ipe) angelicis fulta
myſterijs: ⁊ ſuꝑno ſtipata agmine currit
vt caſtroꝝ acies ordinata incedēs. Siliſ
eſt equitatui meo in curribꝰ pharaonis.
¶ Quintū officiū angeloꝝ circa hoīes eſt
pctōrem reprehēdere et ab eo nō diſcedere.
Hoc officiū eſt practicatū Act̄. xij. ī petro
in carcere exiſtēte ꝑ angelū: q̄ ei aſtitit: et
lumē refulſit in habitaculo carceris: cuiꝰ
latus ꝑcuſſit: ⁊ a ſomno excitauit dicēs.
Surge velociter ⁊c. Jn q̄ hiſtoria habet̄
ꝙ petrꝰ in carcere erat dormiēs īter du

os milites vinctus catenis duabus ⁊ ſe/
cundo erāt cuſtodes an̄ oſtiū: q̄ cuſtodie/
bāt carcerē. Jn hiſtoria iſta moral'r edo/
cemur. ꝙ petrꝰ in carcere dormiēs eſt pec
cator mala irretitꝰ ꝯſuetudine de q̄ carce
re cupit extrahi Pſ. di. pſ. cxlj. Educ de
carcere (al's de cuſtodia) aīam meam ⁊c.
Scđo milites inter q̄s iacet: ſunt mors ⁊
demon. mors inſidiat̄ corpi. demon aīe.
Due catene ſunt amor delitiādi: et pudor
reuelādi. Duo cuſtodes obſeruātes ne ex/
eat carcerē: ſunt ꝓſumptio venie: ⁊ ꝯfidē
tia vite. prime huic ſtat angelꝰ: et eū cor/
ripit ꝑ monitionē. ⁊ ꝑcutit ꝑ violentatio
nē di. Surge velociter. ſ. a pctō. Hoc fac̄
angelꝰ nō ſolū blāde ſuadēdo: ſed pctōrē
ꝯſuetū aliqua plaga ꝑtutiēdo: et q̄ſi vio/
lētando. Jn figurā huiꝰ angeli coegerunt
loth/ et vxorē eiꝰ/ ⁊ duas filias ſuas exire
de ſodomis: et ꝑ manus ipſis diſſimulāti
bus extraxerūt eos. Geneſ. xix.
¶ Sextū officiū angeloꝝ eſt ſuꝑ penitēti
bus gaudere: ⁊ gaudiū demōſtrare. Luce
xvj. Gaudiū eſt angel' dei ⁊c. Gaudēt pri
mo ꝓpter ſuū nūerū. ſcđo ꝓpter ſui cuſto
die fructū. ſicut medicꝰ de īfirmo ꝑ eū cu
rato: et ꝓſtine valitudini reſtituto. Et no
tate diligēter: ꝙ mlto mag̃ āgeli gaudēt
de ꝓfectu hoīm poſt xpi incarnationem
ꝙ ante: qđ demōſtrat̄ nobis ī figura. iij.
Reg̃. vj. vbi legit̄ ꝙ ſalomō fecit fieri in
ꝓpitiatorio āgelos: de q̄bꝰ īter alia/ legi
mꝰ circa pmū ꝙ fec̄ eos de lignis oliuaꝝ.
ſcđo ꝙ habebāt alas expāſas q̄ſi paratas
ad volādū. tertio ꝙ habebāt facies eleua
tas: ⁊ mutuo ſe reſpiciebāt. Alterꝰ nota
te de āgelis: ꝙ tꝑe pn̄ti poſt xpi incarna
tionē: multo mag̃ gaudēt de ꝓfectu hoīꝫ
ꝯrian̄. Primo q2 an̄ erāt circa hoīes duri
⁊ ferrei ꝓpter incōpaſſionē: nūc ṽo ſunt
de lignis oliuarū. i. ad hoīes miſicordes
⁊ pij. Scđo an̄ habebāt alas demiſſas: q2
quaſi inuite/ ⁊ cū difficultate ad hoīes ve
niebāt: ſed mō hn̄t alas extēſas et expan
ſas q̄ſi paratas ad volandū: q2 modo ad
nos cito veniunt. Tertio an̄ nr̄am naturā
quaſi inferiꝰ et deiectā baſſe reſpiciebant
mō videntes eā in xpo ſuꝑ eos exaltatā/
cū magna reuerētia ⁊ honore/ cū eleuatis
faciebꝰ: et mutuo ſe reſpiciētibus pre ſue
glīe admiratiōe eā intuent̄ ſuꝑ ſe. et oēs
celos eleuatā: et ad pr̄is dexteram collo/
catā.
¶ Septimū officiū eſt deū ſem/
per laudare ⁊c. Cōtinue eñ deū laudant
Eſa. vj. Seraphin clamabāt ⁊c. Sāctus
ſanctus: ſctūs. Et in ꝑfatione. Nō ceſſant
clamare q̄tidie ⁊c. Hic notate ꝙ ex hͦ offi
cio multū circa hoīes ſollicitant̄: vtꝫ ſimꝉ
cū eis hoīes deū laudēt. q2 angeloꝝ laus
ſine hoīꝫ laude/ nō eſt ꝑfecta. ẜm ꝙ pul/
chre declarat Bern̄. ſuꝑ cant̄. ẜmo. lxviij.
tractās illđ pſ. viij. Ex ore īfantiū et lactē
tiū ꝑfe. lau. Un̄ inq̄t Bern̄. angelis dabis
mihi infantes et lactētes: q̄rū ex ore lau/
des ꝑficiat deꝰ. āgeli nō hn̄t infantes: hꝫ
eccl'ia: q̄bus et dicit lac potū vobis dedi:
nō eſcā. et hi ad laudē q̄ſi cōplendā a pro
pheta inuitant̄/ dicēte. Laudate pue. do.
Tu putas deū nr̄m totā habiturū ſue glo
rie laudē: donec veniat q̄ in ꝯſpectu āge/
loꝝ pſallat ſibi/ di. Letati ſumꝰ ꝓ diebus
q̄bꝰ nos hūiliaſti. annis q̄bꝰ vidimus ma
la. Hoc genus laudis nunq̄ angeli niſi ꝑ
hoīes ſciuerūt. Q2 angeloꝝ igr̄ laus ꝑ lau
des hoīm ꝑficit̄: idcirco angeli in laudā/
do deū in choro. in pſal. in cātico hoīes
ꝑueniūt. ẜm ꝙ dicit Bern̄. vbi. ſ. ſermo.
vij. eccleſijs dic̄ pſ. Preuene. prīci. cōiū.
pſallētibꝰ: ⁊ hoīes corā āgelis pn̄tibꝰ lau
dāt deū. vn̄ dđ īq̄t. Jn ꝯſpectu āge. pſal.
tibi deꝰ meꝰ. īmo etiā ẜm ꝙ dic̄ Bern̄. in
ſupradicto ſermone: ipſi inuitant nos ad
deū laudādū/ dicē. illud pſ. Pſallite deo
noſtro pſallite. Sic cū celi cātoribꝰ/ inq̄t
Bern̄. laudē in cōi ducētes vt pace ciues
ſctōꝝ et domeſtici dei pſallite ſapienter.
¶ Octauū officiū angeloꝝ eſt aīas ꝓ mer
cede ad celū eleuare. Luce. xvj. Factū eſt
aūt vt moreret̄ mēdicꝰ: et portaret̄ ab an
gelis in ſinū abrae. Jn iſta hiſtoria nota
vnū documētū: qđ tibi multū ꝓficiet. nā
ibidē hr̄ ꝙ mortuꝰ eſt diues: ⁊ ſepultꝰ eſt
in īferno. Hic debes notare diligenter: ſi
cupis ꝙ aīa tua portet̄ ab angelis cū mē
dico ⁊c. ⁊ nō cū diuite ſepeliaris ī īferno
nā de diuite dr̄ ꝙ mortuꝰ eſt: qđ ſiḡt par/
ticipiū ꝑteriti ꝑfecti. de mēdico dr̄ factū
eſt vt moreret̄. qđ eſt ṽbū ꝑteriti impfe/
cti. Diues mortuꝰ erat ꝑfecte: q2 mors ẜm
totā latitudinē ſuā/ ⁊ ſui dn̄ij/ occupabat
eū: q2 in corꝑe et aīa: ⁊ ſic ꝑfecte mortuus
erat. Mendicꝰ mortuꝰ erat impfecte: q2
mors ẜm totale dn̄iū ſuū/ eū non poſſide
bat. lꝫ eñ eſſet mortuꝰ in corꝑe: non tn̄ in
aīa: et ſic impfecte. Facies igit̄ tu ꝓ tꝑe
mortꝭ tue/ ꝙ mortuꝰ ſis impfecte. ſ. ī cor/
pore: et nō in aīa: et tūc tu ab angelis in
ſinū abrae deportaberis cū mendico.

¶ Nonũ et vltimũ officiũ angeloꝝ eſt ani
mas ſibi cõmiſſas cuſtodire ꝛc. de hoc offi
cio in themate dr. Angelis ſuis deus ꝛc.
Super quo noto duo magna. Primũ ma
gna aīe dignitas. vñ Chryſ. vel Hierony.
Magna dignitas animarũ: vt vnaqueqꝫ
habeat cuſtodē angelum ab initio ſue na-
tiuitatꝭ. Scdo magna dei pietas. vñ Ber
nar. ſuper illud Eſa. lxij. Super muros tu
os hieruſalē ꝯſtitui cuſtodes. dicit ſic. Be
nignus es tu dñe: qui nõ es contētus no-
ſtroꝝ fragilitate moꝝ: ſed ipſi humane cu
ſtodie etiaꝫ angelica ſuperponis auxilia.
Hic ſunt ſiēde nouē queſtiones ſm nouē
officia predicta: et nouē ordines angeloꝝ
allegatas circa cuſtodiam angeloꝝ.

Prima ſi chriſtus vel eius anima habuit angelum cuſtodem.
Secunda ſi beata virgo.
Tertia ſi adam in ſtatu innocentie.
Quarta ſi confirmati in gratia.
Quinta ſi pueri in vtero matris.
Sexta ſi antixps habebit angelũ cuſtodē
Septima ſi angeli relinquunt hominē ad cuſtodiam ſibi deputatum.
Octaua ſi angeli dolent de dānatione hominis: quem cuſtodiunt.
Nona cũ deus ſit perfectiſſimus hominũ cuſtos. Job. vij. Quid faciā tibi o cuſtos hoīm. et in pš. Niſi dñs cuſtodierit ꝛc. quare voluit hoīes p angelos cuſtodiri?
Reſponde ad oēs iſtas queſtiones ſm ſanctũ Tho. in. ij. ſen. et in prima parte ſm q habes alibi. Et ſic explicit ſermo.

¶ In feſto btī Luce euāgeliſte. Sermo.

QUid tibi vide-
tur. Mat. xxij. verbum ſta-
tim dictũ ꝛc. Dñi mei verbũ
preſens hꝫ iſtā ſniam. Ima
ginor q hodie eſt perlamē-
tum gratũ ſiue colloquium inter deũ pa-
trem/et glorioſum ſanctum. Nā deus pa
ter tāq amico ſuo ſpeciali facit ſibi duas
queſtiones: ꝛ dicit ſibi. Quid tibi videt?
Prima eſt de mundo.
Scda de gloria paradiſi.
¶ Prima queſtio quā ſibi facit de iſto mũ
do miſerabili et tranſitorio: eſt iſta. dicas
mihi amice: ecce ego te creaui ad figuram
et ſimilitudinē meā: ꝛ in hoc mũdo te po-
ſui: in q diu vixiſti: dic mihi imaginationē
tuā purā: cũ ipm bñ expertus ſis: qd boni
ab eo recepiſti? Dñe ſermo tu9 veritas eſt.
Job. xvij. et veritatē meditabitur guttur
meũ. Prouerb. viij. Uerum dicā tibi. Iſte
mũdus trāſitorius plen9 eſt anguſtijs/mi
ſerijs/ꝛ calamitatib9: q in eo cõfidit: non
habebit niſi triſticiam/miſeriam/dolorē/
et planctũ: quapropter relinquēdus eſt.
¶ Facit ſibi aliā queſtionē de glīa paradi
ſi: ꝛ dicit ſibi. Ad palatiũ altiſſimũ: qd ab
origine mũdi pparaui: te vocaui: vt ibidē
eternaliter regnes: dicas mihi ſi ad id ſis
bñ diſpoſitus? Et tu mihi dices. Dñe veri
tatē dico: ꝛ nõ mētior. ad Rom. ix. Eſt cla
rũ ꝛ lucidũ oī carens tenebroſitate: valde
nobile et glorioſum oī hoī cupiēti illuc in
trare: quapropter oī mea intētione potē-
tiſſime ꝛ metuēdiſſime dñe: cum intelligo
q tua ſit voluntas: illud cupio poſſidere.
¶ Sed dñi ptractādo rñſionē prime qſtio
nis ꝛc. de mũdo quomodo eſt plen9 ama-
ritudine ꝛc. Domini ſi oculis mentalibus
cõſidero: iſte pſens mundus nõ eſt ſine la
bore et dolore triſticia et merore. propter
hoc Aug. In hoc mũdo nõ timere: nõ do
lere: nõ laborare: nõ periclitari impoſſibi
le eſt. Uñ ſi cõſideramus pncipiũ hoīs: ſi
reſpiciam9 mediũ ꝛ finē: totũ eſt flet9. Nā
primũ qd facit creatura qñ naſcit: incipit
flere. Si eſt maſculus dicit. a. a. ſi femina
e. e. ad denotādum q iā incipiũt in triſti-
cia ꝛ dolore: et totā vitā ſuā habet ducere
in amaritudine huius mũdi. propter hoc
puerbiũ inqt. dicit. e. vel. a. oīs q naſcit
ab eua. Si reſpiciamus mediũ: qs eſt qui
vnq duxerit vnā diē bonā? Certe nullus.
ppter qd Ezech. Eſa. xxxviij. dicebat. De
mane vſqꝫ ad veſperā finies me. Sꝫ in fi
ne reſpiciam9 qd erit ī morte: niſi dolor et
flet9. Finis oīm terribiliũ mors. phs. Et
ſm ſniam Berñ. tāt9 ꝛ tā terribilis eſt do
lor in articulo mortis: q cor ſcindit dolo
re: ꝛ in duas partes diuidit. Ecce quõ mũ
dus ē plen9 triſticijs ꝛ anguſtijs. Uis dice
re. cõfides in diuitijs: in parētib9: in iuuē
tute: in gñe ꝛ in vana glīa hui9 mũdi non
cõfidas: q: tranſitoria ſunt: ꝛ vana. Eccl's
j. Uidi cuncta que fiunt ſub ſole: ꝛ omnia
vanitas. Et tranſit mundus ꝛ cõcupiſcen
tia eius. j. Job. ij. Tranſeũt cuncta que fe
ſtiue celebrant. Sꝫ prochdolor ſunt mul-
ti: qui iſta non conſiderant: immo ſequun
tur vitam miſeram huius mũdi trāſitoriā
et fallacem: et dum credunt bene habere

nihil habent: imo ſunt decepti. Ideo con
ſiderans vitam huius mundi ꝛ miſerum
mũdũ btũs Aug. in lib. de vita miſera ſic
ait ad ppoſitũ. O inqt/vita pſens vita mi
ſera q multos decipis: q multos ſedu-
cis. que cũ videris vmbra es: cum fugis
nihil es: cum exaltari cupis fumus es. O
vita dulcis es ſtultis: amara vero ſapien
tibus. qui te amant: nõ cognoſcunt. q te
contēnunt: te intelligunt. hec ille. In ſi-
gnum quoꝝ albumazar tractatu. vj. mi-
norꝭ introductorij deſcribit vitā hoīs ali-
quibus figuris: et primo ad modũ homi-
nis tenentis virgā in ſiniſtra manu: thu-
ribulum in dextra: gladiũ in pectore. Ubi
ſupplico notate de homine.

Primo ſuā naturā valde inſtabilē. q: virgam habet in manu.
Secũdo ſuā altitudinē variabilē. q: thuribulum in manu dextra.
Tertio ſuā ſtaturā nociuā ſeu dānabilē: q: gladium in pectore.

¶ Primo ergo oſtēdit de homine ſua na-
tura ꝛc. vñ ad modũ virge nullius ſtabi
litatis eſt homo. Et ppter hoc iob. xiiij.
Homo natus de muliere breui viuēs tem
pore repletur multis miſerijs. Qui quaſi
flos egre. et conte. et fugit velut vmbra. ꝛ
nũq in eodē ſtatu pmanet. q: ſm q for-
tuna vult ipſum mutare: mutatur: aliqñ
in parte ſuperiori. aliqñ in inferiori. ali-
quando a dextris: aliquādo a ſiniſtris. le
ge de fortuna ſm q ſcis de boetio.
¶ Scdo oſtēdit ſua altitudo ruinoſa ꝛ va
riabilis ꝛc. q: thuribulũ ꝛc. Thuribulum
eñ aliqñ aſcendit: aliqñ deſcēdit. Sic ho
mo in hac vita preſenti aliqñ aſcēdit: ali-
quādo deſcendit. aſcendit p honores. ali
quādo deſcendit per bona opera: aliquā-
do per amorē aſcendit. aliqñ deſcendit p
odium. aliqñ aſcendit per diuitias: aliqñ
deſcēdit p penuriā. vñ ad modũ arboris
homo ramos ptendit vſqꝫ ad celũ: aliqñ
deijcit vſqꝫ ad terrā. Ex quibus oīb9 duo
poſſumus notare documenta.

Primũ q non eſt confidendũ in homine neqꝫ preſumendũ quin mundus poſſit deficere. q: t. e. ꝛ. d. põt.
Scdo q nõ ē deſpandũ quin aliqd bonũ poſſumus cõſequi: et eo mediāte bñ viuere: q: t. e. ꝛ aſcendere põt.

¶ Tertio dixi q oñdit ſua ſtatura nociua
ꝛc. eo q habebat gladiũ in pectore. Gla-
dius ſignificat mortē: quā homo ſecũ de-
fert. nā ſm phm/oīs mot9 denoīat a ter-
mino ad quē. et iõ vita nr̄a tendit ad mor
tem. Uidens igit iſte glorioſus ſanct9: et
euāgeliſta q iſta tranſitoria ꝛ vana feſti-
nant et tranſeunt et celebrant et in pīcu-
lo cõmorant maxime qtidie qſtioni p ie-
ſum xpm ſibi facte ſupi9 rñdit cuꝫ ꝟitate
ſicut prius. mũdus eſt plenus amaritudi
ne ꝛc. ¶ Quantũ ad rñſionē quam fecit
iſte glorioſus de gloria celeſti: q eſt clara
abſqꝫ tenebris ꝛc. Nec mirũ dñi: qm ibi ē
claritas eterna. ſ. fili9 dei ſupma claritas
fugās oēm tenebroſitatē: et ibi pennis le
ticia regnat. Si qris qd ibi ſit vbi tāta re
alis btītudo pſiſtit: nõ põt ibi eē niſi qd
bonũ: et qd malũ eſt: nunq eſt. Quid in-
quā bonũ eſt. qd me interrogas? vide qd
dicit apl's. j. Cor. ij. Ocul9 non vidit: nec
auris audiuit: nec in cor hoīs aſcēdit que
pparauit de9 diligentib9 ſe. Et iõ videns
iſte glīoſus euāgeliſta iſta tā mirifica et
tā pulchra: mũdũ contēpſit: et oēm orna-
tũ eius: et glīaꝫ paradiſi elegit. quod dice
bat rñſio ſcde īterrogatiõis. In qua ſine
fine viuit et regnat de9. Amen. Hic hiſto
riam: et fac finem ſermonis.

¶ In die omniũ ſanctoꝝ. Sermo. j.

MErces veſtra co a
pioſa eſt ī celis. Mat. v. c.
originalr trāſſumptiue in
euāgelio pñtis celebritatꝭ
ꝟbũ ſcribit nũc aſſumptũ.
Sācta mater eccl'ia hodie
ſolēnizat de oīb9 ſctīs q ſunt in glīa para
diſi: quoꝝ gloria magna: ꝛ btītudo infini
ta pandit in themate: qm eis dicit xpus.
Merces vr̄a: nõ modica: nõ trāſitoria: ſꝫ
copioſa eſt in celis. Pro cui9 thematis de
claratione introductiua eſt notādũ q ſm
phm/quilibet tenet dare mercedē ei: q p
ſe laborat. ꝛ q: ſm q phus exemplificat:
princeps laborat p tota multitudine: dā
da eſt merces ei ab illa. Hec merces nihil
aliud eſt q reuerētia et honor: qui regi a
ſubditꝭ eſt exhibēdus. ꝛ iõ ſcribit. Tobie
iiij. c. Quicũqꝫ tibi aliqd opat9 fuerit: ſta
tim ei mercedē reſtitue: ꝛ merces mercen
narij tui apud te oīno nõ remanet. qm vt
habet in decretꝭ. xiiij. q. v. immolās. Qui
defraudat hõ ſanguinis eſt. qui effundit
ſanguinē et q fraudē facit: neceſſario frat

tres ſunt. Ex qͥbus pꝫ et colligit̃ recte: ꝙ ſm iuſticie rectitudinē / q̄libet tenet̃ pro ſe laborāti dare mercedē. Ad propoſitum deus ꝓmiſit ⁊ dixit ſe redditurū mercedē ꝓ ſe laborantibꝰ. Reddet deus iuſtis mercedē laboꝝ ſuoꝝ. Sap. x. Et ſancta mr̄ eccleſia in perſona xp̄i cantat. Sancti mei q̇ in hoc ſeculo certamē habuiſtis: mercedem laborū ego reddā vobis. Quia ǧ xp̄s nō ſolū debito iuſticie: ſed etiā debito ꝓmiſſionis (quia quilibet tenet̃ facere qđ ꝓmiſit) dat et p̄ſtat retributiōis mercedem oībus ſanctis q̇ ſunt in gl'ia: nō qualem ipſi merent̃ de condigno: ſed qualem ipſum ⁊ ſuā liberalitatē maximā decet de cōgruo. ſ. mercedē infinitā maximā et copioſam: ⁊ hoc eis offert et p̄ſentat in themate p̄aſſumpto. Merces vr̄a copioſa eſt in celis. qđ fuit thema. In quibus quidē verbis ad laudē et gloriā omniū ſanctoꝝ tria de eis notantur.

Primū ſuum p̄miū qualiter eſt exceſſiuū et equale: qꝛ merces copioſa. iuxta p̄mā thematis partem.

Scđm ſuum officium qualiter eſt cōtemplatiuum cum diuerſitate. in ſcđa parte thematis. ſcꝫ veſtra:

Tertiū notatur locus ſanctoꝝ quantū ſit dignus: qđ notat̃ ibi cum dꝛ. in celis. in tertia parte thematis.

Prima pars.

B ¶ Dico p̄mo ꝙ ī verbis preaſſumptis oſtēdit̃ de oībus ſctīs ſuuꝫ premiū qualiter eſt exceſſiuū et equale: qꝛ dꝛ ꝙ merces eſt copioſa. Pro quo notādū ꝙ valde videt̃ mirū: immo incōpoſſibile ꝙ merces ſanctoꝝ ſit exceſſiua: et excedat meritū eoꝝ: et tn̄ cum illo habeat equalitatē. Pro cuiꝰ declaratione ſciendū ꝙ doctores et ſignāter ſctūs Thom̄. in. ij. ſnīarum diſtin. xxvij. arti. iij. et in. ſ. ij. q. cxiiij. articu. iij. mouet dubium vtrum homo in gratia cōſtitutus poſſit mereri vitā eternā ex condigno? Et ex iſta queſtiōe oritur incōueniēs in nr̄a diuiſione. nā ſi aliquis vitā eternā meretur de condigno: tūc erit equalitas inter premiū et meritū: et non erit exceſſus. ſi vo non meret̃ de cōdigno tūc erit exceſſus meriti ad p̄miū: et ꝑ conſequēs nō erit equalitas: ⁊ ſic diuiſio erit impropria: et thema quodāmodo falſuꝫ. Qđ aūt aliqͥs non mereat̃ vitā eternā de cōdigno: pꝫ per illud ap̄li ad Rom̄. in. c. viij. Non ſunt ꝯdigne paſſiones huius tēporis ad futurā gloriā: q̄ reuelabit̃ in nobis. Qꝛ vo mereat̃ aliquis eā de cōdigno: ꝓbat̃. illud qđ reddit̃ alicui ſm rectā iuſticiā: videt̃ eſſe merces cōdigna: ſed vita eterna reddit̃ a deo ſm iudiciuꝫ iuſticie. ſm illud. ij. Timoth. iiij. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſticie. et ſic videtur ꝙ vita eterna datur a deo ſanctis ſm iuſticiā: et ꝑ ꝯn̄s de condigno. Pro reſponſione huiꝰ queſtionis / et declaratiōe materie / eſt notādū ſm ſctm̄ Thomā in. ſ. ij. vbi. s. ꝙ opus meritoriū hoīs dupliciter cōſiderat̃. Uno mō ſm ꝙ ꝓcedit ex libero arbitrio. Alio mō ſm ꝙ ꝓcedit ex gr̄a ſpūſſcti. Si conſideret̃ ſm ſubſtātiā operis. ſ. prout procedit ex libero arbitrio: ſic nō pōt ibi eſſe cōdignitas ꝓpter maximā inequalitatē: et ſic erit ibi exceſſus et non eq̄litas: ſed eſt ibi cōgruitas ſm quandā equalitatē proportionis. videtur em̄ congruū vt homini operāti ſm ſuā vtutem deꝰ recōpenſet ſm excellentiā ſue vtutis. Si autē loquamur de ope meritorio ſm ꝙ ꝓcedit ex gr̄a ſpūſſcti: ſic eſt meritoriū vite eterne de cōdigno. ſic em̄ valor meriti attendit̃ ſm virtutē ſpūſſancti mouētꝭ nos in vitā eternā. ſm illud Ioh̄. iiij. fiet in eo fons aque ſalientis in vitā eternā. Attendit̃ etiā preciū opis ſm dignitateꝫ gr̄e: ꝑ quam homo cōſors factus diuine nature: adoptat̃ in filiū: cui debet̃ hereditas ex ipſo iure adoptionis. ſm illđ Ro. viij. Si filij et heredes. ⁊ ſic eſt eq̄litas inter p̄miū et meritū. Et ſic pꝫ quō eſt eq̄litas exceſſus diuerſimode inter p̄mium et meritum ſctōꝝ qui ſunt in gl'ia. Uel aliter rn̄detur ſm ſctm̄ Thomā in. ij. vbi. s. ꝙ circa iſtā queſtionē ſunt due opiniones.

C Quidā dicūt ꝙ aliqͥs vitā eternā mereri nō pōt ex condigno: ſed ex cōgruo. Alij dicunt ꝙ ex condigno pōt etiā quis mereri vitā eternā. Mereri ex cōdigno eſt qn̄ inuenit̃ equalitas inter p̄miū et meritū ſm rectā eſtimationē. Ex ꝯgruo aūt qn̄ talis equalitas nō inuenit̃: ſed ſolū ſm liberalitatē dantis munꝰ tribuit̃ qđ dantē decet. Uident̃ autē vtriqꝫ quantū ad aliqͥd verū dicere. Cū em̄ duplex eq̄litas ſit. ſcꝫ quātitatis: et ꝓportionis. ſm quātitatꝭ equalitatē ex actibus virtutū vitam eternam ex condigno nō meremur. non enim tantum bonū eſt in quantitate actus virtutum: quantū premiū glorie: qđ eſt finis eius. ſm autē equalitatem proportionis etiā ex cōdigno nō meremur vitā eternā. Attendit̃ aūt equalitas ꝓportionis quādo equaliter ſe hꝫ hoc ad illud: ſicut aliđ ad alterum. non aūt maius eſt deo vitam eternā tribuere q̄ nobis actum virtutis exhibere: ſed ſicut hoc congruit huic: ita et illud illi: et iō quedam ꝓportionis eq̄litas inuenitur inter deū premiantem / et hoīem merentem: dū tamē premiū referatur ad idē genus in quo eſt meritum. vt ſi p̄miū eſt qđ oēm facultatē humane natura excedit ſicut vita eterna: meritū etiā ſit per talē actū in quo fulgeat bonū illiꝰ habitus qui diuinitꝰ infundit̃ deo nos conſignās. Illi tn̄ q̇ dicūt nos ex condigno vitam eternā poſſe mereri: verius dicere vident̃. Cū em̄ duplex ſit ſpecies iuſticie: vt ꝑhus in. v. ethic. dicit. ſ. iuſticia cōmutatiua: et diſtributiua. et cōmutatiua q̄ eſt ī cōtractibus vt in venditione ⁊ emptiōe / reſpiciat equalitatē arithmeticā: que tendit in equalitatem quātitatis. iuſticia vo diſtributiua equalitatem reſpicit geometricā: q̄ eſt equalitas ꝓportiōis. In redditione aūt premij ad merita magꝭ ſeruatur forma diſtributiōis: cū ipſe vnicuiqꝫ ſm opa ſua reddat: q̄ cōmutationis: cū deꝰ a nobis nihil recipiat: q̄uis a ſctīs qñqꝫ īueniat̃ metaphorice dictū / ꝙ bonis opibus regnū celoꝝ emit̃: inquantū deꝰ accipit opa nr̄a vt acceptās ea. ⁊ iō verius dꝛ ꝙ ex condigno merent̃ ſancti dei vitam eternā: qꝫ non ex condigno. Ad dictū aūt ap̄li Rom̄. viij. Nō ſunt cōdigne paſſiones huiꝰ tēporis ad futurā gloriā. rn̄det̃ ꝙ per iſtud dictū excludit̃ equalitas quātitatis: qꝛ nō eſt tāta acerbitas paſſionū quas ſctī ꝑtulerūt ꝓ xp̄o: quanta merces vel gaudiū future glorie. Et ſic patꝫ quō eſt equalitas. ſ. ꝓportionis inter p̄miū et meritū ſanctoꝝ. Sed videamꝰ quō eſt exceſſus p̄mij et mercedis ſctōꝝ ad meritū: qꝛ dꝛ / ꝙ merces eſt copioſa. i. abūdans ſuperexcedēs vel exceſſiua. quod pꝫ ſic. naꝫ merita ſctōꝝ qui ſunt in gloria.

Sunt finita in menſura ⁊ magnitudine.

D Sunt finita in numero et multitudine.

Sunt finita in termino et lōgitudine.

Omnia em̄ opera ſctōꝝ / quantūcūqꝫ magna et virtuoſa / ſunt finita limitata ⁊ terminata: et ſub termino / numero / et magnitudine poſita. iuxta illud. Omnia in menſura et numero et pondere diſpoſuiſti. Sapiē. in cap̄. xj. Sed merces ſanctorū eſt nimis exceſſiua. nam

Eſt immēſurabilis propter ſui magnitudinem.

Eſt innumerabilis propter ſui multitudinem.

Eſt interminabilis propter ſui longitudinem.

¶ Dico primo ꝙ hec merces eſt immenſurabilis propter ſui magnitudinem. Hec em̄ merces conſiſtit in poſſeſſione illius: cuiꝰ magnitudinis nō eſt finis. vt ſcribit̃ in pſ̄. cxliiij. et in illa beatifica coniūctione diuine eſſentie ad intellectū humanū que quidem diuina eſt eſſentia: eſt quedā veritas ⁊ bonitas infinita. vnde hec merces in ſacra ſcriptura dꝛ magna nimis. Gen̄. xv. Noli timere abraam: ego protector tuus: et merces tua magna nimis. vn̄ magnitudo ſiue copia et abundantia huius mercedis figuratur in paulo: qui de ſeip̄o dicit Act̃. xxij. Media die ſubito de celo circūfulſit me lux copioſa. Paulꝰ ſignificat quēlibet ſctōꝝ: qui eſt in paradiſo: qꝛ paulus interp̄tat̃ electꝰ mirabilr̄: et ſic oēs ſancti qui ſunt in paradiſo: ſunt electi a deo. vn̄ de eis dꝛ Apoc. xvij. Cū illo ſunt vocati et electi ⁊ fideles. Iſti ſemper hn̄t meridiē: qui ſunt in paradiſo. nā recte ſicut eſt meridies qn̄ ſol ſtat in medio inter orientē et occidentē preſentialiter: ita xp̄us qui eſt ſol iuſticie. (vt cantat ſancta mater eccl'ia. Ex te em̄ ortus eſt ſol iuſticie xp̄s deus noſter.) lucet illis qui ſunt in paradiſo magis q̄ illis q̇ ſunt in hoc mūdo. vbi poſſumus imaginari orientem: qm̄ hic incipit oriri gr̄a dei: ⁊ magis q̄ illis qui ſunt in occidente. ſ. in inferno quia illis non lucet per gratiam: ꝑ quam debeant habere gloriā dei: et iſtud eſt qđ dicebat ſctūs Iohānes de ciuitate paradiſi. Apocal. xxj. Claritas dei illuminabit eam. Dicit ergo beatus paulus ꝙ media die circūfulſit eum lux de celo copioſa: ad dandū intelligi: ꝙ illi qui ſunt in paradiſo: habent lucem copioſam. ſ. cognitionē dei: qui eſt lumē intellectꝰ: qui ſufficit ad declarationem eorum: quia nihil aliud deſiderant nec optant. et ideo beatus Auguſt. xxij. libro de ciuitate dei cap̄. vlti. de

iſta gaudij abundantia et copia ita dicit. Quid eſt aliud quod per prophetā dñs dixit. Ero illoꝝ deus: et ipſi erūt mihi plebs niſi ꝙ ego ero vnde ſatientur: ego ero quecūqꝫ ab oībus honeſte deſiderant: ⁊ vita: et ſalus: et victus: et copia: et gloria: ⁊ honor: et pax: et oīa bona. hec ille. Intātum ergo eſt magna et copioſa atqꝫ excedens iſta merces ſanctoꝝ: ꝙ ſm ꝙ dicit Augu. ſuſpicari nō pōt: ſed deſiderari pōt. Econtrario autē merces mūdi adeo modica eſt vt nūꝙ̄ replere potuerit vnū ſpm̄ humanū. nūꝙ̄ eñ pecunia impleuit auarū: nec mūdi gloria ambitioſum: nec carnalis laſciuia voluptuoſum. vñ Augu. oēm mundi mercedē quantūcūqꝫ copioſam ⁊ abūdantē egeſtatē appellat dicēs. Oīs copia que deus meus nō eſt: egeſtas mihi eſt.

E ¶ Dico ſecūdo minus principaliter ꝙ hec merces eſt innumerabilis ꝓpter ſui multitudinē. Tot eñ erūt ibi premia: quot premiati. qꝛ quilibet gaudebit ibi de bono alterius vt de ſuo. vñ Aug. erit ibi in diſpari claritate par gaudiū. Nec mirū ſi ī hac vita defectuoſa hō ſocietatem perſone alicuius ardēter dilecte/ reputat quaſi paradiſum. Quid erit in paradiſo: vbi erit tanta ſocietas beatoꝝ: vbi eſt vna vox letantium: et vnus ardor cordiū. vnde Luc. vj. hec merces dicitur multa. Gaudete (inqt dñs) et exultate: ecce enim merces veſtra multa eſt in celo.

¶ Dico tertio minus principaliter ꝙ hec merces eſt interminabilis ꝓpter ſui longitudinē. Nō eñ erit merces trāſitoria: ſed eterna. vñ Eccli. xviij. Ne vereris vſqꝫ ad mortē iuſtificari. Si eñ iuſtū eſt vno die laborare pro victualibꝰ vnius anni: quanto magis iuſtū eſt per totā vitam preſentē laborare ꝓ delitijs mercedis eterne: cuiꝰ cōparatione vita preſens nec hꝫ equalitatē: nec quātitatē momēti. vnde merito arguēdi ſunt illi: qui per totam vitam ſuam laborant pro mercede mūdi. Unde ſciēdū ꝙ hec merces ꝑdit tribus de cauſis.

Prima propter pigritiam et ocioſitatē.
Scōa propter incōſtātiam et leuitatē.
Tertia ꝓpter fraudulētiā et malignitatē.

F ¶ Primo ergo perdit hec merces propter ocioſitatē et pigritiā. nō eñ dat hec merces niſi laborātibꝰ in agro meritorie actionis: qꝛ etiā in hac vita non ocioſi: ſed operarij mercede ſunt digni, iuxta illud Luce x. Dignus eſt operarius mercede ſua. ⁊ j. Corinth. iij. dicit apl's. Unuſquiſqꝫ ꝓpriā mercedē accipiet ſm ſuū laborē. Unde q̄ operari in hac vita renuerit: de mercede ſperare nō poteſt. Prouer. xx. Propter frigus piger arare noluit: mendicabit ḡ eſtate ⁊ non dabitur illi. Nota de ſeruo pigro Mat. xxv. O ꝙ̄ diligenter debemus laborare in agro dñi: cū ſemper habeamꝰ ſpeculatorē celeſtē deū ſuper celū. vñ Boe. in fine vlti. lib. de cōſola. Magna vobis eſt: ſi diſſimulare nō vultis: neceſſitas indita probitatis: cum ante oculos agatis iudicis cuncta cernentis.

¶ Secundo perditur hec merces propter leuitatē et incōſtantiā: quia nō datur hec merces niſi perſeuerātibꝰ pugnatoribꝰ in bello tentationis. de ſero eñ/ et nō in nona: vel in tertia dixit paterfamilias Matthei. xx. Uoca operarios: ⁊ redde eis mercedem. Unde ſeipſos decipiūt qui in mane iuuētutis opus dñi incipiūt: ⁊ in nona virilis etatis: ſeu veſpere ſenectutis operari deſiſtūt: ſperātes ꝓpter laborem quo in iuuētute dño ſeruierūt. vñ. ij. Job. vnico ca. Uidete voſmetipſos ne ꝑdatis que operati eſtis: ſꝫ vt mercedē plenā accipiatis. ſciētes ꝙ oīs qui recedit et nō permanet in doctrina xp̄i: deū nō habet. vñ Luce. vj. Beati eritis cū vos oderint hoīes: et cū ſeparauerint vos: ⁊ exprobrauerint: et eiecerint nomē veſtrum ⁊c̄. qm̄ merces veſtra multa eſt in celo: qꝛ quot habuerūt iniuriarum illationes aut tribulationes: tot habebunt mercedes.

¶ Tertio perditur hec merces ꝓpter malignitatē et fraudulentiā: qꝛ nō datur hec merces nō fideliter miniſtrātibus in thalamo deuotionis. Uñ de hypocritis q̄ de opere qō faciūt: mercedē tēporalem querūt: dicit dñs Mat. vj. Amen dico vobis: qꝛ receperunt mercedē ſuā. Tales ſimiles ſunt guloſis: qui nō pñt expectare fructꝰ donec veniant ad maturitatē. quibus dicitur. Accede ad ſapientiam: et ſuſtine bonos fructus illius. Eccli. vj. Sic ergo ptꝫ quō premiū ſanctoꝝ ⁊ gloria: quā habent ſancti eſt exceſſiua cū equalitate: vt iā de copia et abundātia mercedis ſanctoꝝ dicamus cantando cum ſancta matre eccleſia. Ecce merces ſanctorū copioſa eſt apud deū. ipſi ꝟo mortui ſunt ꝓ xp̄o: et viuunt in eternū. Et hec de primo principali: vbi

dixi ꝙ tractarem de omnibus ſanctis de ſuo premio qualiter eſt exceſſiuum ⁊ equale: ꝙ merces eſt copioſa. in prima parte thematis.

Secunda pars.

G ¶ Dixi ſecūdo principaliter ꝙ oſtēditur de oībus ſanctis: q̄ ſunt in gloria ⁊ ſuū officiū qō eſt cōtemplatio quō habeat diuerſitatē. qō notatur in ſecūda parte thematis. veſtra. Pro quo notādū ꝙ officiū ſanctoꝝ: qui ſunt in gloria paradiſi: eſt deum cognoſcere/ laudare/ et amare. Hec eſt vita eterna vt cognoſcant te ſolū deū verū: ⁊ quē miſiſti ieſum xp̄m. Job. xvij. et pš. lxxxiij. Beati qui habitāt in domo tua dñe: in ſecula ſeculoꝝ laudabūt te. Unde Aug. xij. lib. de ciuita. dei loquēs de iſto officio dic̄. Ibi tota virtꝰ erit videre qō amas: et ſumma felicitas amare qō videas: et ibi beata vita: ibi veritas viſionis clariſſime aperit. Et ſic pꝫ ꝙ officiū ſanctoꝝ: qui ſunt in gloria: eſt deū cognoſcere ⁊ laudare: ſed hoc eſt cū diuerſitate. nā ſancti nō oēs equaliter deū cognoſcunt. Sed videt ꝙ oēs debeāt equaliter cognoſcere. nam ſcribitur Mat. xx. Uoca operarios: ⁊ redde eis mercedē. et ſequit. Acceperunt ſingulos denarios. denarius aūt ſignificat aliquid qō oēs cōiter habebūt. Scōo videtur ꝙ premiū eoꝝ/ et merces eoꝝ/ ſit equalis: et nō diuerſa. Reſpōdetur ſm ſanctum Tho. in. iiij. di. xlix. ar. iiij. q. ij. in corpore. ꝙ cū beatitudo in operatione cōſiſtat: gradus btitudinis eſt attēdēdus ſm gradus perfectionis in operando. Perfectio aūt operationis in qua conſiſtit felicitas: ex duobus pēſatur. ſ. ex parte operātis: et ex parte obiecti. Unde phs dicit. x. Ethicoꝝ/ ꝙ perfectior operatio eſt: que eſt potentie altiſſime nobiliſſimo habitu perfecta. qō eſt ex parte operātis reſpectu nobiliſſimi obiecti. Obiectū aūt in quo cōſiſtit beatitudo: eſt omnino vnū ⁊ idē. ſ. diuina eſſentia: ex cuius viſione oēs erūt beati. Uñ ex hac parte nō erit aliquis gradus in btitudine: ſed ex parte operātiū operatio nō erit eodē modo perfecta: qꝛ ſm ꝙ habitus perficiens operationē predictā. ſ. lumē glorie/ erit ꝑfectior in vno ꝙ̄ in alio: ſm hoc ꝑfectior erit operatio ⁊ delectatio maior. et ſm hoc nō in eodem gradu beatitudinis erūt oēs beati: immo diuerſimode. Ex quo ſequitur ꝙ inter oēs ſanctos/ qui plus habebit de lumine glorie: que infundit ſm maiorē vel minorē charitatē: plus habebit de charitate: et qui plus habuerit de charitate in hac vita: plus habebit de gloria in alia. ⁊ qꝛ cōſtat ꝙ beata virgo poſt xp̄m/ habuit maiorē charitatē ꝙ̄ quicūqꝫ angelus/ vel alius ſctūs: ideo maiorem gloriā cunctis alijs habet: ⁊ deinde ſancti martyres: qui maximā charitatē habuerūt. qꝛ maiorem hac dilectione nemo habet ꝙ̄ vt aīam ſuā ponat quis ꝓ amicis ſuis. Job. xv. Et ſic poſſumus gñaliter cōcludere ꝙ inter angelos ⁊ ſanctos ſunt gradus diuerſitatis glorie/ ſm gradus charitatis. Cuiꝰ ratio eſt: quia vbi eſt pluralitas vel multitudo: opꝫ ꝙ ſit diuerſitas inter ꝑſonas illiꝰ multitudinis: mō in paradiſo eſt magna multitudo. nā vidit propheta daniel: ꝙ milia miliū miniſtrabāt ei: et decies centena milia aſſiſtebant ei. Dañ. vij. et tamē oēs iſti erāt angeli. et ad hoc debēt ibi eſſe tot homines quouſqꝫ cōpleatur numerus ex caſu demonū diminutus. vt dicit magr̄ ſen. in. ij. diſt. ix. c. non eñ ⁊c̄. vnde neceſſaria eſt ibi diuerſitas: et iō ſicut eſt diuerſitas meriti inter eos: qꝛ non oēs ſunt equalis meriti: ita erit diuerſitas p̄mij: qm̄ lꝫ oēs videant diuinā eſſentiā: plus tñ ⁊ maiorē cognitionem habebūt illi qui in hac vita fuerūt maiores in opere. et ideo dicit apoſtolus. j. Coꝝ. xv. Stella a ſtella differt in claritate. ſic ⁊ reſurrectio mortuoꝝ. Unde Grego. iiij. moral'. ita dicit. Qm̄ electis in hac vita eſt diſcretio operū: in alia quoqꝫ vita erit diſcretio dignitatum: vt quo hic alius aliū ſuperat: illic alius aliū retributione tranſcendat. et ꝙ̄uis in iſta retributione dignitas eadē nō ſit vna: tñ oībꝰ vita beatitudinis erit. Sic ergo ptꝫ glorie eoꝝ magna diuerſitas: qꝛ intātū vnus habet plus ꝙ̄ alius maiorē dignitatē: quantū plus cognoſcit: ⁊ clarius videt diuinitatē. Et iſtud demonſtratum eſt in quadā viſione cuidam viro ſancto. require in floribus ſanctoꝝ in fine hiſtorie huius feſti. ſicut eñ ei videtur corporaliter vnus aliū precellit: et ideo dicit beatus Aug. ꝙ erit in diſpari claritate par gaudium. Gaudium quippe par erit: quia vt dicit magiſter iiij. ſen. di. xlix. de q̄buſcūqꝫ gaudebit vnꝰ: et omnes gaudebūt. Et ſic patet ſatis de-

ductū quomodo ſancti in gloria habēt di
uerſos gradus glorie/ ſm diuerſitatē gra
duum meriti. et hoc eſt quod dicebā in ſe
cunda contēplatione: ꝙ tractarem de om
nibus ſanctis de ſuo officio quod eſt con-
tēplatio qualiter habet diuerſitatē: cū di
cit. veſtra. in ſcd̄a parte thematis. Et hec
de ſecundo principali.

Tertia pars.

D ¶ Sed dixi tertio princi
paliter ꝙ tractarē de oībꝰ ſctīs de ſuo lo-
co ⁊c. in tertia pte thematis. Pro quo no
tandū ꝙ celū eſt locus glorie: nō locus ne
ceſſitatis: ſed locus congruitatis. Patet
hoc: qm̄ alibi ꝗ in celis deus poteſt dare
paradiſum cuilibet: immo in inferno. nā
xp̄s exiſtens in cruce dixit latroni. Amen
dico tibi: hodie mecum eris in paradiſo.
Luc. xxiij. ſed conſtat ꝙ xp̄s protunc non
erat in celis: nec fuit vſqꝫ ad diem aſcēſio
nis. Aſcendit ſuper omnes celos. Epheſ.
iiij. Sed quia latro vidit diuinā eſſentiā
in inferno: ideo habuit paradiſum. ⁊ ideo
vbicunqꝫ videtur deus: ibi eſt paradiſus.
Et ſic patet ꝙ celum empyreum nō eſt lo-
cus glorie ex neceſſitate: ſed ex congruita
te. Ratio autē huius congruitatis poteſt
eſſe iſta. nam ſm pħm in. iiij. Phyſ. Lo-
cus et locatum debēt proportionari. ⁊ qꝛ
deus eſt puriſſimus et incorruptibilis: iō
locus vbi ipſe eſt per gloriā: debet eſſe pu
riſſimus et icorruptibilis. Ualde indecēs
eſſet ꝙ res mūda collocaretur in loco im-
mundo: ⁊ res incorruptibilis in loco cor-
ruptibili: et quia celum eſt purū mūdum
et incorruptibile: talis locus decet deū et
ſanctos eius pro loco glorie. vnde ſcribit
in pſ̄. x. Dn̄s in templo ſancto ſuo: dn̄s in
celo ſedes eius. Celum enim habent ſan-
cti pro hereditate ⁊ loco proprio ⁊ cōgruē
ti glorie. Unde beatus petrus. j. Petri. j.
c. Benedictus deus et pater dn̄i noſtri ie-
ſu xp̄i qui ſm mīam ſuā magnam/ regene
rauit nos in ſpem viuam per reſurrectio-
nem ieſu chriſti ex mortuis in hereditatē
incorruptibilē incontaminatam ⁊ immar
ceſſibilem conſeruatam in celis. Et ſic pa-
tent tria de ſanctis declarata.

Primo de ſuo premio qualiter eſt exceſſi-
uum cum equalitate.

Secundo de ſuo officio quod eſt contem-
platiuum cum diuerſitate.

Tertio de ſuo loco qui dignus eſt cum cō
gruitate. Et ſic explicit ſmo. Deo gras.

¶ In eodē feſto oīm ſanctoꝝ. Sermo. ij.

A B Eati qui habi-
tant in domo tua dn̄e. pſ̄.
lxxxiij. originaliter: recitati
ue aūt in officio matutina
li hodierne feſtiuitatis ver
bum ſcribitur preaſſumptū. Sancta ma-
ter eccleſia ſolennizat et feſtiuat hodie de
oībus ſanctis: qui ſunt in gloria paradiſi
qui vidēt deū facie ad faciē: in cuius viſio
ne cōſiſtit eorū gloria ſiue beatitudo: quā
inſinuat pſ̄. in verbo preaſſumpto/ dicēs.
Beati qui ⁊c. Pro cuius thematis declara
tione introductiua: vt aliquid de ſumma
beatitudine/ quaſi balbutiēdo dicamus:
eſt notandum/ ꝙ diuerſi de ſumma beati-
tudine vel felicitate locuti ſunt. Nā tres
ſunt ſecte pħoꝝ: qui de beatitudine locu-
ti ſunt: ſed cum errore.

¶ Sed dixi ſecūdo principaliter ꝙ ſcđa contēplatio eſſet iſta: ꝙ dulcis katharina ⁊c. qꝛ precioſa. Iſta virtus ſua eſt virginitas: q̄ ipſa plurimū collaudat̄. et dꝛ precioſa: ⁊ non īmerito. ꝙuis em̄ oēs virtutes dicant̄ precioſe ⁊ valoris ineſtimabilis (vnde ſocrates ꝓpter acquirendas virtutes/ immēſum pōdus auri proiecit in mari) ſpecialius tn̄ dꝛ virginitas p̄cioſa ꝓpter hoc. Si em̄ aliqua res magni p̄cij vl' precioſa ſic ſe habeat ꝙ ſi perditur: faciliter recuperari poteſt: nō eſt nimis precioſa: ſed ſi ſemel perditur ⁊ nunꝙ pōt recuꝑari: certe illa merito pōt dici p̄cioſa et dꝫ dici. A ſimili eſt de ꝟginitate. virginitas em̄ ſm̄ doctores/ ſtat in duob⁹. ſ. in integritate carnis: ⁊ in propoſito mētis: ⁊ ſi aliq̄s iſta duo ꝑdit: tūc nō eſt ꝟgo: ⁊ ꝟginitatē ampli⁹ recuꝑare non pōt: nec de⁹ poſſet facere. vn̄ Hierony. ad Euſtochiū virginē. et allegat̄ in decretis xxxij. q. v. ca. ſi paul⁹. ad iſtud ꝓpoſitū. audacter loquar cū oīa poſſit deus: ſuſcitare virginem nō poteſt poſt ruinā. ¶ Sed poteſtis hic q̄rere aliq̄s queſtiones pulchras ad ꝓpoſitum que pertractantur a doctorib⁹. Prima ſi aliq̄ ꝟgo violēter opprimat̄: mēte tn̄ ꝓpoſitū ꝟginitatis habeat: nūq̄d virgo dici pōt? Dicēdū eſt ſm̄ doctores: ꝙ ſic: nec ꝑdit meritū ꝟginitat; nec aureolā: qꝛ etſi ītegritatē carnis ꝑdidit: nō tn̄ mentis. vn̄ dixit Lucia. Si me inuitā violari feceris: caſtitas mihi duplicabit̄ ad coronā. nō q̄dē ꝙ habeat duplicem aureolam: ſed de hoc duplex premiū reportabit. vnū de virginitate cuſtodita: aliud de iniuria illata. ¶ Scđa queſtio ſi aliqua ſit ꝟgo carne integra: mente ꝟo corrupta: an talis dꝫ dici virgo? Dicūt doctores ꝙ nō: qꝛ principali⁹ virginitat; ꝑdidit. Sed an pōt recuꝑari ꝟginitas in tali? Dicēdū ꝙ ſic. nā cū ꝑdidit ꝟginitatē nō perdidit niſi ſm̄ ꝙ eſt ꝟtus: ⁊ virt⁹ nō amittit̄ niſi per peccatum: penitendo de C

peccato recuperat virtutē et aureolam?
¶ Tertia q̄ſtio ſi aliqua virgo ſit deſpōſa
ta: ⁊ decedat viro īcognita: talis obtinet
virginitatis meritū et aureolam? Dicen-
dū ꝙ non. ⁊ cauſa eſt: q2 tradendi ſe viro
ꝑ matrimoniū mente et corꝑe ꝑpetuo ꝓ-
poſitū habuit. Cū ergo ꝟginitas ꝯcernat
vt dictū eſt: iſta duo. ſ. integritatē mētis
et carnis: qui perdit iſta duo: nunꝗ̄ pōt
amplius recuperare eam. Merito ꝗ̄ iſta
virtus ꝓcioſa dr̄: q2 ſemel amiſſa nunꝗ̄ re
cuperat̄. Iſtam virtutē virgo dulciſſima
katharina habuit excellētiſſime. Ip̄a em̄
iſtā tanꝗ̄ theſaurū abſconditum in agro
inuenit: ⁊ pre gaudio illi9 vēdidit vniuer
ſa que habuit: ⁊ emit eā. Matth. vbi the
ma. Ipſa em̄ iſtā virtutē tanꝗ̄ precioſum
encenium: cū tribus regibus aurū thus ⁊
myrrham. vt per aurū intelligam9 ꝓpoſi
tum mētis. per myrrhā integritatem car
nis. per thus deuotionē orōnis. dn̄o ob-
tulit. Mat. in. c. ij. Et videatis rogo quō
in ea iſta ꝟtus fuit merito precioſa. Illud
dr̄ precioſum qđ magno precio emit̄. qn̄
em̄ pro cōſeruatione vel cōſecutiōe alicu
ius rei homo exponit ſe magno periculo
et finaliter obtinet qđ vult: tūc certe illđ
dicit̄ precioſum: q2 chare vel magno pre-
cio emitur. exemplū de dđ. ij. Regū. xxiij.
qn̄ aquā adductā ſibi de ciſterna bethleē
noluit bibere: ſʒ ſanctificauit dn̄o: q2 aq̄
ſanguinis erat. Modo ita eſt ꝙ in virgi-
ne katharina iſta virtus fuit expoſita ma
gnis periculis: ſed finaliter per eā cōſer-
uata: et iđ precioſa. Quinqꝫ em̄ ſunt dn̄i
in q̄bus caſtitas periclitatur.

Primo in rerū affluentia ⁊ largitate.
Scđo in multa cū hoīb9 conuerſatione.
Tertio in libertate.
Quarto in iuuentute
Quinto in pulchritudine.

¶ De primo ⁊ ſcđo dr̄ in hiſtoria. Diuitijs
et pueris plena. De tertio ſequit̄. ſola re
māſit. De quarto dr̄. Cū eſſet ānoꝝ. xviij.
De quinto ⁊ vltīo ſequit̄. Erat em̄ ſpecio-
ſa valde ⁊ incredibili pulchritudine: oīm
oculis admirabilis videbat̄. Cū ergo ꝟgi
nitas dulciſſime Katharine iſtis ꝑiculis
eſſet expoſita: ⁊ tn̄ ꝑ eā finaliter ꝯſeruata
nunq̄d ex h̄ merito ſua virginitas potuit
dici ꝓcioſa? Certe ſic. vt iā ſcđa cōtempla
tio finiat̄: in qua dixi: ꝙ dulcis kathari-
na cōparat̄, et eſtīat̄ ⁊c, q2 precioſa; vt
ꝓ cōcordātia iſti9 partis dicam9 de ea: ꝙ
dn̄s de ea dixerat: qđ ſcribit̄ Eſaie. xxviij.
Mittā in fundamētꝫ ſion lapidē ꝓcioſuʒ
vt per ſion q̄ interꝓtat̄ ſpecula: intelliga
tur virgo Katharina: q̄ ſpeculata eſt deū
per lapidem precioſuʒ ſua virginitas. Et
hoc de ſecūda contemplatione.

Tertia pars.

¶ Sed dixi in tertia ⁊ vl
tima contēplatione ꝙ beata katharina
fuit mūda ⁊c. quia margarita. Margari-
ta, em̄ venerādi dn̄i, q̄ grata eſt oībus: lʒ
nō ſit oīm gēmarū precioſiſſima: eſt tamē
cādidiſſima. vn̄ ſm̄ Iſidorū oīm candida
rū gemmarū obtinet principatū. Sic a ſi
mili de virtute ꝟginitatis: lʒ non ſit ꝟtu-
tum optima: q2 complures alie virtutes
ſunt meliores ea. nam melior eſt hūilitas
ꝗ̄ virginitas: eſt tn̄ oīm virtutū pulcher-
rima: et oculis iocunda. Aug. et Bern̄.
plus placuit deo marie humilitas: ꝗ̄ vir
ginitas. quātūcūqꝫ em̄ ꝟgo fuiſſet: niſi
hūilis em̄ fuiſſet nequaqꝫ dn̄m cōcepiſſʒ.
Sicut em̄ flos eſt illđ qđ eſt pulcherrimū
in arbore: lʒ nō ſit optimū: ſʒ fruct9. Sic a
ſimili ꝟginitas nō eſt optima oīm ꝟtutū
ſed eſt flos eaꝝ. vn̄ Cyprian9. Uirginitas
eſt flos eccl'iaſtici germinis: dec9 et orna-
mentū grē ſpūalis. ⁊ iđ eſt oīm pulcherri
ma. vn̄ Cyprian9 ad ꝓpoſitū de ꝟginita-
te ita inq̄t. Pulchritudinē maiorē q̄s eſti
mare pōt decore ꝟginitatꝫ: q̄ amat̄ a xp̄o
ꝓbat̄ a iudice: dedicat̄ deo: ꝯſecrat̄ dn̄o:
que ſola meret̄ audire. Tota pulchra es
amica mea: ⁊ macu. ⁊c. Hec Cyprian9. Et
q2 ſic virginitas eſt ꝟt9 ita pulchra ⁊ mū-
da: reperio ꝙ digne tribus rebus valde
pulchris ⁊ mundis cōparatur.

Primo margarite: quā comparationē in
preſenti tractam9.

Secundo ſapphyro: qui eſt lapis ſumme
medicine. de quo dicit lapidarius. et qui
eū portat: caſtiſſimus eſſe iubetur.

Tertio regno celeſti vel ciuitati paradiſi.
vn̄ poſtꝗ̄ Iohes in Apocal'. c. xxj. dixit ꝙ
muri ciuitatꝫ erāt ex oī lapide ꝓcioſo: ⁊ ꝙ
ciuitas erat mūda ſicut aurū mūdū: dicit
ꝙ habebat duodecī portas: q̄ quidē ſunt
ex. xij. margaritis. Dictū eſt em̄ iā: ꝙ per
margaritā intelligit̄ ꝟginitas. ex quo ſe-
quitur ꝙ ꝟginitas eſt porta celi. Hoc aūt
non ſic eſt ītelligēdū: ꝙ ſole ꝟgines intrēt

celū: ſed dr̄ ꝓ tanto: q2 ſicut ꝑ portā quis
intrat domū vel ciuitatē: ſic mediāte btā
ꝟgine: q̄ nec ꝑmā ſimilē viſa eſt nec hr̄e ſe
quentē: q̄ eſt ſtella matutina: mundi prin
ceps ⁊ regina: ſola ꝟgo digna dici. ſ. mat̄
dn̄i: hoīes ītrāt domū vel ciuitatē celeſtē
vn̄ ipſa dr̄. felix celi porta. In figura hui9
Iohes ꝟgo in atriū pōtificis pri9 ītrauit
et petrū ꝯiugatū ītroduxit. Iſtā ſi'litudi-
nē ꝟginitatꝫ. ſ. cū regno celeſti oſtēdēs ſal
uator Mat. xxv. dicit. Simile eſt regnuʒ
celoꝝ. x. virginib9. lʒ em̄ per iſtū numeruʒ
vniuerſitas virginum intelligi poſſet: tn̄
ſpāl'r pn̄t intelligi. x. excellētiſſime ꝟgīes.
Prima q̄ inter oēs obtinet ꝓncipatū: eſt
maria mater dei. ſcđa dulcis katharina.
tertia gratiſſima agnes. quarta gl'ioſa lu
cia. quinta precioſa agatha. ſexta ſancta
cecilia. ſeptima formoſa eulalia. octaua
gratioſa engratia. nona ꝟtuoſa iuliana.
decima ⁊ vltima pulcherrima vrſula. Pri
ma em̄ iſtarū ducit quandam choream in
regno celeſti an̄ faciē dei et agni. Poſt eā
veniūt ille. nā adducent̄ regi ꝟgines poſt
eā. in pſ̄. xliiij. Et oēs inſimul cātāt vnā
cantilenā ita gratā: ita melodioſaʒ: ꝙ ne-
mo pōt dicere niſi ipſe. vn̄ Iohes de ꝟgi-
nib9 in Apoc̄. xiiij. dic̄ ꝙ cantabāt ⁊c. ſeq̄
tur. nemo poterat dicere canticū niſi ille.
Et ſm̄ ſctm̄ doctorē. ij. ij. q. clij. iſtud eſt:
q2 leticiā: q̄ denotat̄ in cātico: de integri-
tate mētis ⁊ corꝑis, nemo hʒ niſi ſole vir
gines. Et ſic tertia et vltima contēplatio
finit̄: in qua dixi ꝙ btā katharina ꝑ ꝟtu
tem ſue ꝟginitatis munda eſt ⁊c. q2 mar-
garita: vt de ipſa dicat̄ pro concordantia
ꝙ eſt margarita fulgens. Prouer. xxv. Et
hec de tertia et vltima contēplatione. Di
cat̄ hiſtoria et fiat finis. Deo grās.

¶ In feſto ſctē Lucie ꝟgī. ⁊ mar. Ser. j.

LUceat omībus
qui ī domo ſunt. Mat. v.
c. ⁊c. Quia nomē virginis
glorioſe hʒ duas deriuatio
nes et interpretationes.
prima introductio ſm̄ primā deriuatio-
neʒ: vel interpretationem. eſt iſta. Sicut
ꝓp̄a oꝑatio ignis ē calefacere vel ardere:
ita ꝓpria oꝑatio lucis eſt lucere ⁊ illumi
nare. ſed intātū eſt intrīſecū: q2 ſi hoc nō
faceret: nō eſſet ignis. igit̄ intantū lucere
et illuminare ꝓpriū luci: ꝙ ſi hoc nō face
ret: nō eſſet lux, ſi igit̄ ignis; opʒ ꝙ arde-
at. Unde dixit xp̄s. Ignē veni mittere in
terrā: ⁊ quid volo niſi vt accēdat̄. Luc̄. xij
Igit̄ ſi lucia dr̄ a luce: ⁊ eſt lux: opʒ ꝙ lu-
ceat. ⁊ hoc eſt qđ dic̄ thema de ea. Luceat
oībus qui in domo ſunt. Scđa introdu-
ctio thematis vel interpretatio eſt iuxta
iſtud nomē lucia. Nam dr̄ quaſi lucis via
oēs ſm̄ ꝙ dicit apl's in hac vita preſenti
ſumus viatores. per fidē et ſpeʒ ad termi
nū glorie et vite eterne tendim9. Mō ita
eſt ꝙ ambulātes ꝑ aliquā viā indigēt lu-
ce: vt dicit xp̄s Ioh. xij. Qui ambulat in
tenebris: neſcit quo vadat. Pro tāto quia
īvita ſua īdigebat luce Zacharias ad am
bulandū: orabat deū et dicebat Luce. j.
Illuminare his q̄ in tenebris et ī vmbra
mortis ſedēt: ad dirigendos pedes nr̄os
in viā pacis. Quia oēs igit̄ in domo dn̄i
cū conſenſu vnius fidei ⁊ ſpūs in via dn̄i
ambulamus: ⁊ luce ſpūali ꝑ viam indige
mus: ⁊ lucia eſt lucis via: igit̄ luceat oīb9
q̄ in domo ſunt. qđ eſt thema. Pro ꝓſecu
tione iſtius thematis, in preſenti ſermo-
ne due ſpeculationes ſunt tractāde ad ho
norem beate lucie.

Prima ſpeculatio q̄re dicit̄ beate lucie in
prima ꝑte thematis imꝑatiue. luceat.
Scđa ſi beata lucia habeat potētiā ſuffi-
cientē vt luceat oībus qui ī domo ſunt.

Prima pars.

¶ Circa primuʒ nota ꝙ
dr̄ btē lucie īꝑatiue ꝙ luceat ꝓpt̄ duo.
Primo ꝓpt̄ noſtrā indigētiā humanalē.
Scđo ꝓpter ſuā prerogatiuā ſpecialem.
¶ Quātū ad ꝑmū nota ꝙ dixit de9 ſtatim
poſt creationē mūdi Gen. j. īꝑatiue. Fi-
at lux. Dicūt doctores ꝙ h̄ erat valde ne-
ceſſariū in creatione: q2 cū non poſſet ali-
quid ītellectualiter nec corꝑal'r palpare
vel videre ſine luīe: fruſtra mūdus ꝑ deū
fuiſſʒ creat9 ꝓpt̄ hoīeʒ niſi videret mūdū.
Cū igit̄ nihil poſſet videri ſine lumīe: ne-
ceſſariuʒ erat creare lucem. Un̄ Amb. de
mūdi ornatu. Exordiū ſumere niſi a luce.
fruſtra em̄ eſſent niſi viderent̄: edificium
aliqđ dignū patriſfamilias habitaculo: q̄
extruere deſiderat: anteqꝫ fundamēta po-
nat: vn̄ lucē imponat explorat. q̄ ſi deſit
tota dom9 deformis eſt. lux em̄ eſt que re
liquos domus cōmēdat ornat9. hec ille.
Ptʒ igit̄ ꝙ in mūdi creatiōe īꝑatiue di
xit de9. fiat lux. Lux em̄ eſt de9. lux ei eſt q̄
reliquas dom9 cōmēdat ornat9; q2 ſine lu

mine nõ poterãt aliquid videre: percipe⸗
re: cognoſcere: vel intelligere. Ad ꝓpoſitũ
ſicut eſt in mũdi creatiõe materiali: ſic eſt
in mundi recreatione ſpirituali ſm Aug.
ſuper Geñ. ad litterã. Imperatiue dr̃ bea⸗
te lucie in prima parte thematis. Fiat lux
q: hoc eſt ſpũali hoĩe in vita ſpũali. Uide
mus em̃ in practica ⁊ in ſciẽtia ꝑſpectiua
ꝙ ad hoc ꝙ ſe potẽtia viſiua cõiũgat̃ ſuo
obiecto viſibili: neceſſaria eſt lux. ſi em̃ nõ
ſit integra ⁊ bene diſpoſita ⁊ obiectum in
debita diſtãtia et proportione approxima
tũ ⁊ mediũ ſit illuminatũ: nũꝙ potẽtia at
tingeret ſuũ obiectũ. ſpecialiter aĩa nr̃a ẽ
quedã potẽtia: ĩmo tres potẽtie. ſ. memo
ria/ intelligẽtia/ volũtas. que habẽt cõiũ⸗
gi in ſuis bonis operibꝰ ſuo obiecto: q̇ eſt
deus: nõ tñ pñt coniungi ſine medio illu⸗
minãte. ſ. interceſſionibus ſanctoꝝ: ⁊ meri
tis ſpecialiter bt̃e lucie: que eſt lux vie. vñ
dicit Diony. de celeſti hierarchia. ꝙ regu
la eſt inuiſibilis deitatis: vt ĩferiora redu⸗
cant̃ ad ſuperiora ꝑ media. hoc mediũ eſt
bt̃a lucia: ſine quo obiecto aĩa nr̃a ſpũali
ter deo cõiũgi nõ põt. Et ideo ꝓ ſalute im
petranda orabat dauid dicens. Emitte lu
cẽ tuã et veritatẽ tuã. Sapiẽs Ecc̃i. xxxvj.
Oſtende nobis lucẽ miſerationũ tuarũ. i.
beatã luciã. Patet igitur ꝙ noſtra indigẽ
tia humanalis dicit beate lucie ꝙ luceat.
¶ Sed dixi ſcd̃o ꝙ beate lucie dr̃ impera⸗
tiue ꝙ luceat ꝓpter ſuũ priuilegiũ ſeu pre
rogatiuã ſpecialẽ. Regulã iuris dic̃. Pri⸗
uilegiũ dꝫ amittere: q̇ permiſſa ſibi abuti
tur ptãte. et ſunt verba Greg. in regiſtro:
que etiã allegant̃. xj. q. iij. c. priuilegiũ. Et
alia regula. priuilegiũ dꝫ amittere qui cõ⸗
miſſa ſibi nõ vtitur poteſtate. ¶ Ad ꝓpoſi
tũ tria ſunt priuilegia lucis.

Primum purgare.
Secundum delectare.
Tertium ſanare.
Purgat feces.
Delectat oculos.
Sanat infirmos.

Iſta ꝑuilegia bt̃e lucie appropriant̃. Pur
gat feces rõne ſui puritatꝭ virginalis. Nã
fuit ita pura ꝙ datis ſibi minis per paſca
ſiũ ꝙ duceretur ad lupanar: vt fugeret ab
ea ſpũſſctũs. Rñdit nõ inquinat̃ corpus:
niſi de cõſenſu mẽtis. Et ſi me inuitã vio⸗
laueris ⁊c̃. Et notate de eiꝰ puritate virgi
nali ſicut notat ſctũs Tho. ĩ verbis lucie.
Nõ inq̃nat̃ corpꝰ. q: virginitas eſt virtus
deo placẽs. ⁊ ꝑncipaliter ⁊ formaliter ſtat
in integritate mẽtis. ſcd̃o materialiter in
integritate corꝑis. Et ſi ꝑmũ ꝑdit̃. ſine ſe
cũdo ꝑdit. ſi ſcd̃o ſine ꝑmo nihil ꝑdit quo
ad deũ: ĩmo ſi patit̃ iniuriã hꝫ meritũ du⸗
plicatũ. iõ ſequit̃ in hiſtoria: ꝙ tãto põde
re fixit eã ſpũſſctũs. Nota duo. ꝑmũ ꝙ in
corꝑe nõ fuit mota. Nã ꝑ hoĩes lenones ⁊
boues tracta: nõ fuit mota ⁊ ĩmobilis ꝑ⸗
mãſit. vñ nota ꝙ ex ĩmobilitate corꝑis ar
guit̃ ĩmobilitas mẽtis. ſicut pꝫ. ꝙ q̇ ĩuitꝰ
ad aliq̇d trahit̃: in q̇ innuit̃ ꝙ illud qd̃ fa
cit ĩ ope: nõ hꝫ ĩ corde. ſequit̃ ĩ hiſtoria ꝙ
ꝑ malos pctõres ⁊ lenones tracta nõ fuit
illuſa. In q̇ pꝫ magna pietas ad alios. In
q̇ pꝫ ꝙ de ea poſſumꝰ dicere illud qd̃ ſcri⸗
bit̃ Iob. j. Lux ĩ tenebris lucet: ⁊ tenebre
eã ⁊c̃. Et ſic pꝫ de puritate lucie exercitata
Et ſic hꝫ primũ ꝑuilegiũ lucis. ſ. purgare
feces. Scd̃m ꝑuilegiũ lucis ẽ ꝙ delectat
oclos. Eccs. xj. Dulce lumẽ ⁊ delectabile ẽ
oclis videre ſolẽ. Iſtud ꝑuilegiũ hꝫ lucia
a deo ſibi ꝯceſſum ſuꝑ lumẽ oclo͛. Tertiũ
ꝑuilegiũ lucis ẽ ꝙ ſanat ĩfirmos. nã infir
mi q̇ in nocte fuerũt grauati aduenĩẽte lu
ce releuant̃. Iſtud ꝑuilegiũ ꝯceſſum eſt lu
cie: q̃ ſanauit matrẽ ſuã a fluxu ſanguinis
ad ſepulcrũ bt̃e agathe. dic. ſi igit̃ priuile⸗
giũ dꝫ amittere q̇ ſibi ꝯceſſa abutit̃ ptãte
et nõ vtit̃ ptãte: cũ priuilegia lucis ſint cõ
ceſſa bt̃e lucie. Nã ĩperatiue dr̃ ĩ themate.
Luceat lucia. Et ſic pꝫ ꝑma pars nr̃i ſmo
nis: q̃re ĩperatiue ſibi dr̃: luceat. Sic luce⸗
at bt̃a lucia lux vr̃a corã hoĩbꝰ: vt videant
opera vr̃a bona: et glorificẽt patrẽ veſtrũ
qui in celis eſt. Mat. vbi thema.

Secunda pars.

¶ Dixi in ſecunda parte

ꝑncipali ꝙ eſt vidẽdũ ſi bt̃a lucia ad hoc
habeat potẽtiã ſufficiẽtẽ: vt luceat oĩbꝰ q̇
in domo ſunt. Rõ iſtiꝰ inq̇ſitiõis eſt: q: ali
qua eſt lux q̃ nõ põt lucere oĩbꝰ q̇ in domo
ſunt: vt cãdela vel cereus vl̓ ignis q̃ nõ lu
cẽt oĩbꝰ: ſꝫ magis ꝓpinquioribꝰ ⁊ alijs ſm
ꝙ magis vl̓ minꝰ diſtãt ab illo lumine. Si
igit̃ bt̃a lucia hꝫ lucẽ talis ꝯditiõis nõ po
terit lucere oĩbꝰ q̇ ĩ domo ſunt. ſꝫ illis qui
ꝓpe. nõ illis q̇ lõge. Rñdeo duplex ẽ lux.
q̃dã celeſtis vt ſol ⁊ ſtella: q̃dã elemẽtaris
vt ignis. ꝑma illumĩat ĩdifferẽter ad oẽm
partẽ longe et ꝓpe. a dextris ⁊ a ſiniſtris.
ſecunda nõ niſi illis qui ſunt ꝓpe: vt ptꝫ
intuẽti. Ad ꝓpoſitũ lux lucie fuit ſpũalis
nõ elemẽtalis: ideo fuit ſufficiens ad illu
minandũ oẽs longe ⁊ ꝓpe. Pꝫ igr̃ ꝙ bea
ta Lucia habuit potẽtiã ſufficientẽ: vt lu
ceat oĩbus qui in domo ſunt. vt poſſimꝰ
de ea dicere ꝓ concordãtia. Erat lux vera
que illuminat ⁊c. Et ſic beata lucia hꝫ ⁊c.
Quattuor em̃ ſunt q̃ lucẽt ſicut lucia.

Primo res attenuata.
Scd̃o res clara.
Tertio res fricata.
Quarto res vncta.

Sic beata lucia ad ſimilitudinẽ iſtaꝝ re⸗
rũ lucet et dat lucẽ. primo ſicut res atte⸗
nuata per abſtinentiã. ſcd̃o ſicut res cla⸗
ra per ſapientiam. tertio ſicut res fricata.
ꝑ patiẽtiã. q̃rto ſicut res vncta per mĩam.
¶ Dico primo ꝙ lucet res attenuata. Ptꝫ
q: lux in ſubtilibꝰ ⁊ tenuibus recipitur: ⁊
a groſſioribus repellit̃: non recipitur lu
men niſi in ſuꝑficie vt pꝫ de pãno veteri vl̓
veſte. ptꝫ de laterna. de corꝑe autẽ tenui:
vbi lumẽ eſſet: ſi eſſet groſſuꝫ nihil recipe
ret̃ de lumine. ſicut lux ſpecial̓r lucia ipa
erat pãnus attenuatus. vel ꝑ abſtinen⸗
tiã corpus ſuũ erat ſubtile et extenuatũ
ꝑ ieiunia et vigilias. Uigilauit ad ſepul
crũ beate Agathe ꝓ infirmitate matris
ſue: et ſic corpus macerauit. et ſic lumen
ſue puritatis ⁊ ỽginitatis qd̃ intꝰ in aĩa
ſua erat: qd̃ ſicut candela in lucerna. ſic in
ea tenebre trãſierũt matrimonij: et verũ
lumen. i. virginitas iã lucet. ſ. Iob. ij. Q:
igit̃ lucia eſt res attenuata per abſtinen⸗
tiaꝫ/ recipit lumẽ per continentiã. ⁊ talis
res. ſ. ſubtil̓ tenuis ⁊ attenuata cõit̃ in ea
lumẽ lucet. g̃ luceat oĩbꝰ q̇ in domo ſunt.
¶ Dixi ſcd̃o ꝙ lucet res clara. vt pꝫ ĩ aere
ꝑ difformitatẽ vbi recipit̃ lumẽ. Pꝫ ĩ aq̈.
in aquis relucẽt vultus ꝑſpicientiũ. ſicut
ſpecialiter lucia ꝓpter diuinalẽ ſapiẽtiã.
ſapiẽtia diuinalis clara eſt: ⁊ nunꝙ mar⸗
ceſſit: ideo dic̃ de ea ſalomon Sapiẽ. vij.
Propoſui ꝓ luce habere illã. Iſtam diui
nam ſapiẽtiã habuit lucia. q: cũ paſcaſio
de ea diſputauit et allegauit apl̓m dicẽtẽ
Caſte viuẽtes tẽplũ dei ſunt. dic. De iſta
ſapiẽtia ſcribit̃ Eccl̓s. viij. ſapiẽtia hoĩs
lucet in vultu eiꝰ. quia ſapiens hꝫ vultũ
verſuꝫ ad deũ: qui eſt vera lux ſicut ad ſpe
culũ. Et ſicut claritas ſpeculi lucet ĩ facie
verſa ad ipſum; ſic ſplendor diuine ſapiẽ⸗
tie relucet in facie ſapientis ſm deũ: non
ſapientis ſm mundũ. ſapiẽtia diuina: ⁊
nõ terrena de qua loquit̃ Iacobꝰ in cano⸗
nica ſua ca. iiij. que hꝫ dorſum ad deũ. Et
nota ꝙ bñ dicit tex. ſapiẽtia hominis. ſcꝫ
dñi lucet in vultu eius. ſ. in anterioribus
in ſpũalibus q̃ anteriora ſunt. nõ ſicut ſa
pientia mũdi: qui ſapiens ſm mundũ lu⸗
cet in vultu eiꝰ. et non in anterioribus in
ſpũalibus: ſed in poſterioribꝰ que mundi
ſunt. q: igit̃ lucia fuit res clara per ſapiẽ⸗
tiã diuinalẽ: et talis res cõiter lucet. igit̃
lucia luceat omnibus qui in domo ſunt.
¶ Dixi tertio ꝙ lucet res fricata. Patꝫ in
enſe vel gladio vel armis politꝭ. q: radiꝰ
deſcendens ſuꝑ corpus politum: generat
ſplendorẽ reſultantẽ in politũ ſicut lux lu
cia per patientiã. ptꝫ in ſuo martyrio. qd̃
ꝓ xp̃o ſuſcepit. vbi tribulationẽ martyrij
ſuſtinuit patiẽter. ſicut em̃ puluis aufert
a gladio vel enſe immũdiciã et rubiginẽ.
Ita tribulatio ſanctoꝝ que dat̃ in marty
rio cũ ipſorum patientia culpã omnẽ ab⸗
ſtergit. q: falce martyrij oĩa reſecantur. ⁊
politum martyrẽ et lucentem reddit. ſic
martyres q̇ ſunt ſtelle polite et ſtelle lucẽ⸗
tes: q̃ nõ extinguũtur a nocte. i. ab aduer
ſitate: vel ad tribulationẽ: que dãt lumẽ
in cuſtodijs ſuis. Baruch. iij. Quia igitur
lucia fuit res fricata in martyrio per pa⸗
tientiã: et talis res cõmuniter lucet. luce
at ergo lucia oĩbꝰ qui in domo ſunt.
¶ Dixi quarto ⁊ vltimo ⁊ finis: ꝙ lucet
res vncta. ptꝫ in oleo qd̃ eſt clarũ et niti⸗
dũ: et multũ recipit de lumine res vncta
et lucet. ſic vnxit lucia per mĩam vitam
ſuã. põt dicere cũ dauid. vnxit me vnctio
ne mĩe ſue. Diſtraxit oĩa que habuit et
pauperibus dedit. habes in hiſtoria. Dic
ideo pro cõcordãtia poſſumꝰ ſibi dicere:
quaſi luna plena. ſ. rore ⁊ humore mĩe. in
diebus ſuis lucet. Eccl̓i. l. q: lucia eſt lux.
et ſibi dr̃ in patientia luceat. et ad lucen⸗
dum hꝫ potentiã ſufficientẽ oĩbus qui in
domo ſunt. vt igit̃ habeat ſuũ opus et ef
fectũ: lucia luceat oĩbꝰ q̇ in domo ſunt.

¶ In feſto ſctẽ Lucie ỽgi. ⁊ mar. Ser. ij.

Ecce ego mitto:

angelũ meuꝫ: q̇ preparabit
viam tuã ante te. Matth.
xj. ⁊c. Quia ergo in ꝑſenti
ſermone de beata Lucia: vt

de angelo debemus loqui: reginã angelorũ debemus primo ſalutare dicẽdo. Aue maria. Ecce ego ⁊c. In preſenti ſermone de beata Lucia iuxta duas partes thematis/erũt due cõſiderationes.
Prima ꝯſideratio ꝙ beata lucia cũ ãgelo habet cõparationẽ. Nã de ea dicit xp̃s. Ecce ego mitto angelũ meum.
Secunda conſideratio beata lucia cũ angelo non habet differentiam in ſuo ope Nam de ea dicit xp̃us. Qui preparabit viam tuam.

Prima pars.

¶ Prima igitur cõſideratio nr̃i ſermonis erit videre quõ beata Lucia cũ angelo hꝫ conuenientiã et cõparationẽ. quia xp̃s dicit de ea in ꝑma parte thematis. Ecce ego mitto angelũ meũ. Et ꝓ declaratiõe iſtiꝰ tractatus habemꝰ hoc fundare ꝙ lucia ꝓpter ꝟginitatẽ cõparat angelo. ⁊ hoc ex ſnĩa Chryſoſtomi: qui dicit ſuꝑ Mattheũ. qꝛ xp̃s dicit ſaduceis querẽtibꝰ. Mat. xxij. de quadã ſeptẽ nupta in reſurrectiõe cuiꝰ erit vxor? qui rñdit eis ſic. In reſurrectione neqꝫ nubẽt neqꝫ nubẽtur: ſed erũt ſicut angeli dei in celo. Xp̃s hic dicit duas propoſitiones. Prima ꝙ hoĩes ſunt ſicut angeli dei. ⁊ nota ꝙ li ſicut dicit cõparationẽ. Scd̃a ꝙ non oẽs hoĩes ſunt ſicut angeli dei: ſed illi q̃ nec nubẽt nec nubẽtur; ſed tales ſunt ꝟgines: ſequit igit ꝙ hoĩes propter virginitatẽ cõparant angelis dei in celo. Hoc ꝓbat Hierony. dicens. Uirginitas ſoror eſt angeloꝝ. Nã et in carne viuere ꝑter carnẽ: magis eſt angelicũ ꝙ̃ humanũ. Et merito ꝟgines comparant angelis propter tria q̃ ipſis angelis ſunt annexa ⁊ ꝓpa.
Primũ cum deo propinquitas.
Scd̃m in natura ſimplicitas.
Tertiũ in ſuo eſſe incorruptibilitas.
¶ Dico ꝑmo ꝙ angeli habẽt cũ deo propinq̃tatẽ. Inter oẽs ſpecies creatas: angelica eſt deo ꝓpinquior. qꝛ magis participat de diuina bonitate. ſic ꝑ oĩa ꝟtꝰ virginitatis eſt deo ꝓpinquior. qd̃ ptꝫ: Naꝫ xp̃s nullã rem ꝓpinquiorẽ habuit in hoc mũdo: ꝙ̃ matrẽ ſuã. et illa ꝟgo virginũ. Item xp̃s venit in hunc mundũ ſicut viator. viatori aũt propinquior eſt qui ꝑmo eũ precedit: ⁊ qui ꝑmo eũ ſubſequit. ſed qui prius eũ preceſſit fuit Iohẽs baptiſta: et ille virgo. et qui primo eũ ſubſecutus eſt in gradu ꝓpinquiori: qꝛ filij duaꝝ ſororꝝ fuit iohãnes euãgeliſta virgo: ꝓpt qd̃ fuit diſcipulꝰ quẽ diligebat ieſus. Sequit igit ꝙ virginitatis virtus inter oẽs virtutes ꝓpinquior fuit xp̃o. ĩmo et magis dilecta virtus. Un̄ dicit Beda ſuꝑ lucam: ꝙ ſicut xp̃s natus eſt tp̃e pacis ad innuẽdum ꝙ multũ diligit pacem: ita naſci voluit de virgine et eſſe virgo: ad innuendũ ꝙ multũ diligit virginitatẽ. In ſignũ inquit huiꝰ beda: virginẽ habuit matrem: virginẽ precurſorẽ: virginẽ dilectũ. Per iſtam virtutẽ multũ fuit propinqua xp̃o beata Lucia. Nã iſtam ꝟtutẽ amauit: iſtã elegit: iſtam vocauit. vñ habetur in hiſtoria cũ mater ſua tractaſſet ſibi ſponſum: ⁊ vellet eã in matrimonio copulare: ipſa ꝑ virginitatẽ amoris: nõ habentẽ niſi xp̃m ſponſum reſpõdit mr̃i iam curate a fluxu ſanguinis meritis filie et interceſſionibꝰ beate agathe. dicẽs. Mater mea ecce ſanata es: ꝑ ipſum te precor q̃ ſuis orõibꝰ te ſanauit ꝙ de cetero nõ nomines mihi ſponſum. Patꝫ igit ꝙ ꝑ virtutẽ virginitatis beata lucia cõparatur angelo: qꝛ hꝫ cum deo ꝓpinquitatẽ: ꝓpter quod merito ex quo lucia cũ angelo in hoc hꝫ conuenientiã et comparationem: xp̃s de ea dicit ĩ themate. Ecce ego mitto ange. meũ.
¶ Dixi ſcd̃o ꝙ angeli hñt in ſua natura ſimplicitatẽ. ſunt eñ angeli ſc̄m doctores ſpũs non mixti: ſed ſimplices et materia carẽtes. Sic virtus ꝟginitatꝭ fecit beatã Luciã ſpũalem nõ carnalẽ: formalem nõ materialẽ. qꝛ in virginibꝰ maxime viget rõ. in quo conſiſtit ratio formalis hoĩs et dñatur carni que ẽ materiã eſſe ſubiectã. Non ſic in alijs luxuriantibus: et mr̃imonio male vtẽtibus. Iſtã ſimplicitatẽ habuit a ſpũſancto btã lucia: qñ dixit paſcaſio. Caſte viuentes tẽplũ dei ſunt: et ſpũſſctũs habitat in eis. Ioh. iij. qd̃ natũ eſt ex ſpũ: ſpũs eſt. Item habuit in hͦ ꝓprietatem corporis glorificati. qd̃ quãtãcũqꝫ violentiã habeat nõ mouet niſi ſpũs velit ipſuꝫ mouere. Itẽ formalitatẽ habuit qñ ſuo corpori qd̃ erat materia intãtũ dominata eſt: ꝙ mille viri ⁊ tot paria boum nõ potuerũt eã trahere: ſed tãto pondere fixit eã ſpũſſctũs vt ꝟgo dñi ĩmobilis permaneret. Dñiũ iſtud qd̃ habuit ſupra carnem ſicut forma ſuꝑ materiã; figurat dominio qd̃ habuit homo in ſtatu innocentie: q̃ dñatus eſt oĩbꝰ aĩalibus q̃ mouent ſuꝑ terrã. Geñ. j. Sic et btã lucia ꝑ ꝟtutẽ hũilitatis et ꝟginitatꝭ. i. oĩbꝰ moribus q̃ ſunt a carne: q̃ dicunt aĩalia q̃ſi ſine rõne ꝯ ſpm̃ inſurgũt. vñ pꝫ ꝙ btã lucia cõꝑat angelo ꝑ virginitatẽ: qꝛ habuit ĩ natura ſua ſimplicitatẽ. fuit ſcꝫ nõ caro. fuit forma nõ materia: ꝓpter qd̃ merito ex q̃ lucia cũ angelo habuit ꝯuenientiã. et cõꝑatiõnẽ: xp̃s de ea dic̃ in themate. Ecce ego mitto angelum meũ.
¶ Dixi tertio ⁊ vltimo ꝙ ſicut angelus hꝫ incorruptibilitatẽ. Angeli natura ſunt incorruptibiles: qꝛ ſpũs ſunt: ⁊ materiã nõ hñt: q̃ ſubiectũ gñationis et corruptiõis eſt. in. j. ꝑhoꝝ. Pro tãto dic̃ Dionyſius de celeſti hierarchia ſuꝑ illo qd̃ ſcribit Exo. xxxvj. ꝙ moyſes fecit q̃ttuor colũnas ĩ tabernaculo de lignis ſethim ĩputribilibꝰ ⁊ incorruptibilibꝰ: ꝑ quas colũnas angeli deſignant. Inq̃t Diony. Bene he colũne de lignis ſethim facte dicunt. qꝛ ſpũs angelici ĩcorruptibiles natura ⁊ ĩmortales ſunt cõditi: ⁊ ĩ ſua ꝯditiõe ſemꝑ puritatẽ cuſtodiũt. Ad ꝓpoſitũ btã lucia ꝑ virginitatem in hoc angelo eſt ſimilis: qꝛ ꝟginitas virtꝰ eſt incorruptibilis. Un̄ Hieroñ. ꝟginitas eſt in carne corruptibili ꝑpetua cũ incorruptione. Iſtã incorruptibilitatẽ habuit btã lucia. nã non potuit corrũpi a ſua matre carnali: nec a ſuo ſpõſo mr̃imoniali. non a tyrãno paſcaſio. Sciebat eñ ꝙ dato ꝙ vim et violẽtiã ĩ corꝑe pateret nõ ꝑderet meritũ virginitatꝭ ⁊ incorruptibilitatis in aĩa. Un̄ dixit paſcaſio ſibi minanti ꝙ faceret eã duci ad lupanar vt illuderet a lenonibꝰ. Rñdit ſi me inuitã violari feceris: caſtitas mihi duplicabit ad coronã. Ptꝫ igit ꝙ btã lucia ꝑ ꝟtutẽ virginitatis cũ deo hꝫ ꝓpinquitatẽ. In ſua natura ſimplicitatẽ. In ſuo eſſe incorruptibilitatẽ. ſicut habent angeli. ideo xp̃s merito vocat eam angelum dicendo. Ego mitto angelũ meum. iuxta primam partem thematis.

Secunda pars.

¶ Sed pro introductione ſcd̃i tractatus et ꝯſideratiõe eiuſdẽ qꝛ dic̃ xp̃s de beata lucia. Ego mitto angelũ meũ. poſſumꝰ dicere ad q̃d mittit eũ. ſcilꝫ iſtũ angelũ/ſctãm luciã? Et ꝑ rñſionẽ ad iſtam queſtionẽ tractabit iſta ꝯſideratio quõ beata Lucia cũ angelo nõ hꝫ drĩam in ſua oꝑatiõe. iuxta ſcd̃aꝫ ꝑtẽ thematis. vbi eſt rñſio iſtiꝰ q̃ſtionis. q̃ prepabit viã ante te. Multa eñ ſunt officia angeloꝝ. nec diuina ꝓuidẽtia aliq̃d circa hũanam creaturã gñalr: et circa hoĩes in ſpeciali oꝑat niſi angeloꝝ miniſterio. Un̄ Greg. in collecta. Deus q̃ miro ordi. ange. miniſteria hoĩmqꝫ diſpẽſas ⁊c. Un̄ ſan. Tho. .j. ꝑte ſum. q. cx. c. j. allegans origenẽ ſuꝑ numerũ angeloꝝ dic̃ mũdus opꝰ eſt angelis. Angeli eñ ꝑſunt iumẽtis ⁊ neceſſitati aĩalium ⁊ virgultoꝝ et plantationũ incremẽtis. Itẽ preſunt tꝑibꝰ annis mẽſibꝰ diebꝰ ⁊ horis. Ad qd̃ fac̃ qd̃ ſcribit Apoc. ix. vbi legit: ꝙ ãgeli parati erãt in annũ horã et mẽſem ⁊ diem. Sed lꝫ multa ſint miniſteria ⁊ officia angeloꝝ circa hoĩes: ſpeciale tñ offm̃ eſt angeloꝝ hoĩes dirigere in via ⁊ in vijs iuxta illud pſ. xc. Angelis ſuis deꝰ mãda. ⁊c. Qd̃ poſſumꝰ ꝓbare Nã populꝰ iudeoꝝ ꝑ deſertũ ambulãs angelũ habuit cuſtodẽ: q̃ oſtendebat per deſertũ ei viã. vñ dixit dñs moyſi Exo. xxxij Angelus meꝰ precedet te. Et iſte angelus ſc̄m doctores fuit michael. Itẽ tobias ꝓ eundo in rages ciuitatẽ medoꝝ/angelũ habuit: q̃ oſtendit ⁊ ꝑparauit ſibi viã. iſte fuit raphael vt hr̃ Tob. v. Et angelus qñ (vt hr̃ Mat. ij.) appꝑuit ĩ ſomnis ioſeph di. ſibi. Surge ⁊ accipe pueꝝ ⁊ matrẽ eiꝰ: et fuge in egyptũ ⁊c. Angelũ habuit q̃ duxit eũ ꝑ viã. et iſtemet angelꝰ poſt mortẽ herodis reduxit dicẽs ioſeph. Surge ⁊ accipe puerũ ⁊ matrẽ eiꝰ ⁊ vade in terrã iſrl̃ defuncti ſunt eñ qui q̃rebãt aĩam pueri. Et iſte fuit ãgelꝰ gabriel: q̃ fuit cuſtos ꝟginis marie ſc̄m doctores: imo ꝟgo maria habebat nõ ſolũ vnũ ãgelũ: ſed mille angelos ad ſui cuſtodiã deputatos. iux illõ Cant. iiij. Mille clypei pendent ex ea ⁊c. Un̄. cõcludit ꝙ multa ſunt officia et miniſteria ãgeloꝝ circa hoĩes: ſꝫ iſtõ eſt vnũ potiſſimũ: dirigere ⁊ cuſtodire hoĩes ĩ via Ad ꝓpoſitũ hͦ applicãdo ſc̄m metaphorã ⁊ ſilitudinẽ acceptã lucia dr̃ ãgelus. q̃ris qd̃ miniſteriũ vel offm̃ angeli habꝫ? certe reſpondet tibi xp̃s in themate. ꝙ preparat viã ante te. Sed ꝓ fine ſermonis/ſũt hic vidẽda tria et notanda.
Pro iſte angelꝰ btã lucia quã viã prepat.
Secundo quibus viam preparat,

Tertio quomodo preparat.
¶ Quantum ad primū. angelus beata lu-
cia quam viam preparat hominibus per
virtutes ſuas et merita: viam que eſt xp̄s
de qua ipſe dicit Iohā. xiiij. Ego ſum via
veritas ⁊ vita. ¶ Secundo quia per viam
non bene preparatam ſine luce: quia in te
nebris: non bene videt̃ via: propter quod
dicit xp̄s Iohis. xij. Qui ambulat in tene
bris: neſcit quo vadat. Iō lucia bn̄ eſt an-
gelus: q̄ preparat hoībus viā: que eſt xp̄s.
q̄ ipſa dr̄ lucia quaſi lucis via. vel lux que
ducit ad vitā. Mali ⁊ pctōres qui nō ha-
bēt angelū lucis luciā ad xp̄m: qui eſt via:
ductorē. tales in tenebris ambulāt ſine lu
cia ⁊ ſine luce. viā errant: ad terminū non
perueniūt: habēt angelū dn̄i nō ductorē:
ſed perſecutorē. vn̄ pſ. xxxiiij. de iſtis. Fi-
ant vie illorū tenebre ⁊ lubricū: ⁊ angelus
dn̄i perſequēs eos. ¶ Tertio ex quo eſt vi-
ſum ꝙ eſt angelus beata lucia: quā viam
preparat: et quō preparat: eſt vidēdū qui
ſunt illi quibus iſtā viā preparat. Et repe
rio ꝙ aliquid narrando de hiſtoria ſua: ꝙ
preparat xp̄m viā quattuor gn̄ibꝰ hoīm.
Primi ſunt errantes et excecati per lumi-
noſitatem.
Secundi ſunt luxuriātes ⁊ inquinati per
caſtitatem.
Tertij ſunt diuites et abundantes per ele
moſynam et pietatem.
Quarti ſunt timidi ⁊ puſillanimes ꝑ mar
tyrium et penalitatem.
¶ Dico primo ꝙ primi q̄bus angelus btā
lucia preparat viā ſunt errantes et exceca
ti. Nō ſolū hoc facit ſpecialr̄ nr̄ angelꝰ lu-
cia ꝑ ſuas virtutes et merita. Vn̄ dicūt q̄
ſunt in tenebris pctōrū: ⁊ nolunt videre et
ambulare ꝑ xp̄i viā: illud Luc. j. Illumina
re his q̄ in tenebris ⁊ in vmbra mortis ſe-
dēt: ad dirigēdos pedes nr̄os in viam pa
cis. Sed etiā hoc facit corporaliter. vnde
deꝰ dedit ſibi gratiā ſpecialē ⁊ priuilegiū
ſuꝑ lumē oculorū: ſine quo nō videtur via:
nec ambulat̃ ꝑ viā. iō dr̄ lucia. q. dās lucē
oculis vt videāt viā. vnde xp̄s dicit de ea
Eſa. xlij. Dedi te in lucē gētiū: vt aperires
oculos cecorū. ⁊ ꝑ eā implet̃ illud euāgelij
vbi thema. Ceci vident: claudi ambulant:
leproſi mundantur.
¶ Dixi ſcd̄o ꝙ ſecūdi quibꝰ angelus lucia
ꝑparauit xp̄m viā ſunt luxuriātes ⁊ imun
di ꝑ caſtitatē. Ipa continet lucē, ſicut em̄
lux ꝑ immūda trāſiēs nō inquinat̃. exem-
plū de radio ſolis: imo immūda ab imun
dicia exiccat ⁊ purificat. Sic lucia ꝑ imū
dos hoīes lenones trāſiēs nō fuit inq̄na-
ta: imo in multis luxurioſis ⁊ immundis
exēplo eiꝰ imundicia fuit extincta. In hoc
priuilegio eſt ſimilis btē virgini: q̄ tanta
virtꝰ in eiꝰ facie fuit ꝙ oēm motū luxurie
in eā reſpiciētibus extinxit. Vn̄ de ea dici
pōt illud Ioh. j. In tenebris lucet: ⁊ tene
bre eā nō ꝯprehēderūt. ſic alijs luxurioſis
⁊ imūdis viā xp̄m parat ꝑ v̄tutē caſtitatꝭ.
¶ Dixi tertio ꝙ parat iſte angelꝰ viā xp̄m
diuitibꝰ ⁊ abūdantibꝰ / ꝑ elemoſynā ⁊ pie
tatē. Dicit̃ in hiſtoria ꝙ dixit mr̄i: ꝙ quic
quid datura ſibi erat in dotē: daret ſibi vt
pauperibꝰ erogaret. ⁊ ſequit̃ ꝙ ꝯtinue fie
bat rerū diſtractio ⁊c̄. Sꝫ fiat h̄ q̄ſtio quō
talis rerū diſtractio elemoſynarū largitio
cōiter et indifferēter ad oēm partē nō īue
nit̃ ꝙ faciebat lucia: Rn̄ſio q̄dā eſt lux ce
leſtis ⁊ nō impreſſa materie vt ſol ⁊ ſtelle.
quedam elemētalis ⁊ materie impreſſa vt
ignis. Prima illuminat indifferenter ⁊ ſe
cōicat ad oēm partē ⁊ lōge ⁊ ꝓpe. qualis
erat nr̄ angelus. Scd̄a nō illuminat: nec
calefacit niſi illos q̄ ſunt ꝓpe vt pꝫ intuē
ti: quales ſunt hoīes mūdi diuites ⁊ potē
tes: q̄ ſibi ꝓpinq̄s calefaciūt lumine ſuo:
et nō alios. Viā ſuā ſic lucia xp̄m prepara
uit diuitibꝰ ⁊ abūdātibꝰ: ꝙ eis nō viā illā
quā ducitis: ꝑ cōicationē veniendi ad deū
oſtēdit: ſed longe prope ⁊ indifferenter cō
municādo: ſicut facit lux celeſtis.
¶ Dixi q̄rto et vltimo ꝙ angelꝰ vere lucia
viā xp̄m preparauit timidis ⁊ puſillanimi
bus ꝑ martyriū ⁊ magnā penalitatē. Acer
bū em̄ fuit martyriū eiꝰ. Per iſtā viā venit
ad xp̄m. ꝑ iſtā viā venerūt oēs martyres.
Iſtā viā parat timidis angelꝰ nr̄ lucia. pa
rat viā ſui martyrij exēplo oñdēdo formi-
dinē: auferēdo timorē. ꝓpter qd̄ dixit in
martyrio. Impetraui a dn̄o īdutias mar-
tyrij mei: vt credētibꝰ martyriū auferā paſ
ſionis: ⁊ nō credentibꝰ vocē exultationis:
Pꝫ igit̃ lucia quā viā ꝑparauit vt ſibi me
rito dicere poſſimꝰ illud Mat. xxij. Viam
dei in veritate doces ⁊c̄. Explicit.

¶ Finiūtur ſermones ꝓprij de ſanctis ve
nerabilis Santij porta ſacri ordinis pre-
dicatorū profeſſoris: necnon ſacrarū litte-
rarum interpretis profundiſſimi.

¶ Sequuntur eiuſdem ſermones commu
nes de ſanctis. Item ſermones ſeu colla-
tiones pro defunctis: cum quibuſdam fi-
guris biblie: vna cum earūdem moraliza-
tionibus valde vtilibus.

¶ De apoſtolis ſiue ꝓ vno ſancto ſiue plu
ribus. Sermo.
¶ Sequebatur illum magnificans deum,
Luce. xviij.
¶ Relictis oībus ſecuti ſunt eū. Luc̄. v.

Relictis omni
bus ſecutus eſt eū. Lu-
ce. v. Secūdū ꝙ recitat
ſacra ſcriptura: ⁊ decla-
rat doctorū ſn̄ia vera: il-
le merito xp̄m ſequit̃ et
imitat̃; q̄ in hoc mundo
viuit ⁊ vadit per viam
Caſtitatis et mundicie.
Paupertatis et indigentie.
Aſperitatis et penitentie.
¶ Primo dixi ꝙ ille perfecte ſequit̃ xp̄m
qui relinquit deſideria carnis: ⁊ ſeruat ca
ſtitatē ⁊ mundiciā. Rō eſt. ſicut em̄ deſide
ria carnis: ⁊ delectatiōes corporales īpe-
diūt hoīem: ⁊ elōgāt a dei ſeruitio. ſimili-
ter ꝑ oppoſitū / mūdicia ⁊ caſtitas faciūt ⁊
reddūt nos aptos ⁊ diſpoſitos in eiꝰ obſe
quio. Ita inuit apl̄s. j. ad Corī. vij. Qui ſi
ne vxore eſt: ſollicitꝰ ē q̄ ſunt dn̄i: quō pla
ceat deo. q̄ aūt cū vxore ē: ſollicitꝰ ē q̄ ſunt
mūdi: quō placeat vxori: ⁊ diuiſus eſt. Iō
xp̄s q̄ caſtitatē ſeruauit ⁊ p̄dicauit: iohan
nē euāgeliſtā eiꝰ dilectū nubere volētē: a
nuptijs reuocauit: vt liberiꝰ eū ſeq̄ret̃. Ex
quo manifeſte apparet: ꝙ illi q̄ xp̄m perfe
cte imitant̃ ⁊ ſequūtur: oīa blādimēta car
nalia debēt dimittere ⁊ cōtēnere. Virtutē
huiꝰ rōnis tangit Cyprianꝰ loquēs in hec
verba. Si xp̄m ꝯtinētia ſequitur: ⁊ regno
dei virginitas deſtinat̃: q̄d eſt virginibus
cū terreno cultu ⁊ cū ornamentis: q̄bꝰ dn̄
hoībꝰ placere geſtiūt: deū offendūt. hec il
le. Figurā huiꝰ habemꝰ Apoc̄. xix. ꝙ btūs
Iohānes vidit celū aptū: ⁊ ecce equus al
bus. glo. i. caro xp̄i portās dei verbū. et q̄
ſedebat ſuꝑ eū: vocabat̃ fidelis ⁊ verax. ⁊
vocabat̃ verbū dei. et exercitꝰ q̄ ſunt in ce
lo: ſeq̄bant̃ eū ī eq̄s albis. Vbi dic̄ glo. ex
ercitꝰ. i. fideles ꝯ diabolū dimicātes. qui
xp̄m ſequunt̃ ī eq̄s albis. i. corporibꝰ mū-
dis: vt de talibꝰ dicat̃ illō Apoc̄. xiiij. Vir
gines em̄ ſunt ⁊ ſequunt̃ agnū q̄cūq3 ie-
rit. Apparet igit̃ prima clauſula.
¶ Scd̄o dixi ꝙ ille xp̄m ſequit̃ q̄ tenet viā
pauꝑtatis ⁊ indigētie. rō ē q̄ illi q̄ volūt
ad ſtatū ꝑfectiōis deuenire: ꝯſueuerūt ta
les oīa impedientia relinquere. Ita dicit
btūs Grego. xl. lib. mora. Sūt nōnulli iu-
ſtorū: q̄ ad cōprehēdendū culmē ꝑfectiōis
accedētes dū altiora interiꝰ appetūt: exte
rius cūcta relinquūt. Modo ita eſt ꝙ di-
uitie tꝑales valde impediunt ⁊ retardāt
nos a cōtēplatione dei: ⁊ a ſtatu ꝑfectio-
nis. ⁊ ſunt q̄ſi quoddā onꝰ impediēs ⁊ re
tardās nos: ne ꝑfecte poſſumꝰ xp̄m ſequi
Nā vt dicit apl̄s. j. ad Timoth. vlti. Qui
volūt diuites fieri: incidūt ī tentationē ⁊
in laqueū diaboli. Ideo ſeneca loquēs de
diogene ph̄o diuitiarū maximo cōtēptore
dicit ꝙ dum alexāder rex offerret ſibi mu
nera: ſic rn̄dit. tolle inq̄t: nō em̄ ſunt hec
munera hoīz: ſꝫ onera iumētorū. Apparet
igit̃ ꝙ q̄ vult xp̄m ſeq̄: ⁊ cū eo eē ꝑfectꝰ et
virtuoſus: dꝫ diuitias dimittere ⁊ abijce-
re: vt ipm ꝑfectiꝰ ſequat̃. Ita q̄dā ph̄i fe-
ciſſe legūt̃ ꝓut Hierony. in epl̄a ad pauli
nū dicit: ⁊ allegat̃ ī decretꝭ. xij. q. ij. c. gl̄ia
epi. in hec v̄ba. Socrates ille thebanus
hō quōdā ditiſſimꝰ: cū ad philoſophādū
athenas ꝑgeret: magnū auri pōdus ī ma
ri proiecit: nec putauit ſe poſſe diuitias ⁊
virtutes poſſidere. Vn̄ multomagis ſm̄
rōnē rectā ē vt hō oīa ſua relinq̄t ad h̄ ꝙ
xp̄m ꝑfecte ſeq̄t̃. Iō Hiero. ī epl̄a ad ruſti
cū mōachū. Nudū xp̄m nudꝰ ſeq̄re. Iſtud
etiā ꝯfirmat̃ v̄bo xp̄i Mat. xix. vbi legit̃
ꝙ q̄dā iuuenis diues venit ad xp̄m ⁊ ait il
li. Magr̄ bone q̄d boni faciā vt habeam
vitā eternā: ait illi xp̄s. Si vis ꝑfectꝰ eſſe
vade ⁊ vēde oīa q̄ habes: ⁊ da pauperibꝰ
⁊ veni ſeq̄re me. Appꝫ g̃ ſcd̄a clauſula.
¶ Tertio dixi ꝙ ille xp̄m ſeq̄t̃: q̄ tenet viā
aſperitatꝭ ⁊ pn̄ie. Rō ē q̄ eſt differētia in
ter illos q̄ ī h̄ mūdo hn̄t delectatiōes ⁊ cō
ſolationes: ⁊ illos q̄ ſuſtinēt tribulatiōes
⁊ aduerſitates. q̄ ꝙuis illi q̄ ī hoc mūdo
ꝓſperant̃: in h̄ mūdo reputent̃ felices et
bti ac tuti: ſꝫ tn̄ ſm̄ rei v̄itatē ſunt infeli-
ces. Ita dicit ſeneca lib. de ꝓuidētia vbi
ait. Nihil īfelicꝰ eo cui nūq̄ accidit ad ad
uerſum: q̄ male iudicauerunt dij de ipō.
Idem epiſtola. lxx. Segetem nimia vber
tas ſternit: rami onere frangūtur. ad ma-

turitatē nō ꝑuenit nimia fecūditas. hoc
eīm euenit illis: quos nimia felicitas cor⸗
rūpit. Et iō narrat valeriꝰ. li. vij. ca. ij. ꝙ
anaxagoras cuidā interrogāti qſnā eſſet
btūs: ipe rn̄dit. nemo inqt ex his: qs tu fe
lices exiſtimas: ſ; in illo nūero reperies q
a te miſer credit̄. qꝛ ḡ tales infelices ſunt
xp̄m nō ſequūt̄: ſ; potiꝰ mūdū ⁊ diabolū.
S; ꝑ oppoſitū illi q ī h̄ mūdo ꝓpter deū
ſuſtinēt aduerſitates: ⁊ ī h̄ mūdo reputā
tur miſeri ⁊ infelices: tn̄ apud deū ẜm rei
ꝟitatē ſunt felices ⁊ btī. qꝛ vt dꝛ Mat. v.
Btī q ꝑſecutionē patiunt̄ ꝓpter iuſticiā:
qm̄ ipoꝝ ē regnū celoꝝ. Jō tales xp̄m imi
tātur ⁊ ſequunt̄: q de h̄ reliqt nobis exē⸗
plū. ꝑut hr̄. j. Pet̄. c. ij. Xp̄s paſſus ē ꝓ no
bis vobis relinquēs exēplū: vt ſeqmini ve
ſtigia eiꝰ. Jſtud etiā p; ⁊ ꝯfirmat̄ ſnīa xp̄i
Luce. ix. vbi legit̄ ꝙ cū xp̄s predicaſſet di
ſcipulis ſuis: ꝙ oportebat xp̄m multa pa
ti: ⁊ a ſenioribꝰ ⁊ principibꝰ ſacerdotū re⸗
probari ⁊ occidi ſubiūxit. Si qs vult veni
re poſt me: abneget ſemetip̄m: ⁊ tollat cru
cē ſuam: ⁊ ſequat̄ me. Apparet igit̄ tertia
clauſula: ⁊ ꝑ ꝯn̄s tota regula paſſumpta.
¶ Modo p̄dicta nr̄o ꝓpoſito applicādo
inuenio ꝙ iſte glīoſus apl̄s ⁊ martyr. N.
tenuit excellētiſſime predicta tria.
Primo ſeruauit mūdiciam ⁊ puritatē.
Scd̄o ſuſtinuit indigentiā ⁊ paupertatē.
Tertio ꝑtulit tribulationē ⁊ aduerſitatē.
¶ Dixi p̄mo ꝙ btūs. N. ſeruauit mūdiciā
⁊ puritatē. Et rō ē: qꝛ caſtitas ē tāta virtꝰ
⁊ tāte efficacie: ꝙ oīa bona opa ſine cōti⸗
nētia ⁊ caſtitate impfecta ſunt. vn̄ dicit
Hiero. ī qdā epl̄a. Quacūq; ꝟtute polleas
qbuſcūq; opibꝰ niteas: ſi cīgulo caſtitatꝭ
careas: per te irā trahes. hec ille. Volēs ḡ
btūs. N. ꝙ opa eiꝰ eēnt pfecta: ⁊ deo ḡta:
ſeruauit mūdiciā ⁊ caſtitatē: vt p; ī eiꝰ vi
ta. dic ⁊c̄. vt merito poſſit dicere illud To
bie. iij. Mūdani ſeruaui aīam meā ab oī
concupiſcentia.
¶ Dixi ſcd̄o ꝙ btūs. N. ſuſtinuit īdigētiā
et pauptatē. Et rō ē. qꝛ pauptas ē tāte vir
tutis: ꝙ ē qdā via q ducit hoīe; ad celū.
Jta dicit Chryſ. ẜmo. xviij. ꝙ paupertas
eſt qdā manuductrix q ducit ad celū. Et
Aug. de ꝟbis dn̄i. Via celi eſt pauptas: ꝑ
quā venit̄ ad patrē. īcipe erogare ſi nō vis
errare. hec ille. Volēs igit̄ btūs. N. ire re⸗
cto tramite ad celum: ſuſtinuit pauperta
tē ⁊ īdigētiā: vt p; ī eiꝰ legēda. dic ⁊c̄. Jta
vt de ſeipſo poſſit dicere illud pſ. lxxxvij.
Pauper ſum ego: ⁊ in laboribus ⁊c̄.
¶ Dixi tertio ꝙ btūs. N. ſuſtinuit tribula
tiones et aduerſitatē. Et rō eſt. qꝛ quanto
aliqs in hac vita maiores ſuſtinet tribula
tiones: tāto ī celo maiorē ꝯſequet̄ retribu
tionē. Jta dicit Hiero. ī epl̄a ad cyprianū
loquēs ī hec ꝟba. Quāto ī hoc ſcl̄o ꝑſecu⸗
tionibꝰ: pauptate: inimicoꝝ potētia: mor⸗
boꝝ crudelitate fuerimꝰ afflicti: tāto plꝰ ī
futuro maiora p̄mia ꝯſequemur. Jdeoq;
beatus. N. iſtā retributionē ſperabat ⁊ cu
piebat: iō ſuſtinuit tormēta ⁊c̄. vt p; ī eiꝰ
legēda. Potuit ḡ ſibi xp̄s dicere illud Apo
ca. ij. Suſtinuiſti ꝓpter nomē meū: et nō
defeciſti. Ex antedictis igit̄. ſ. ex maiori et
minori fiat rō ⁊ concludat̄ ſic thema. igit̄
btūs. N. relictis oībꝰ. ſ. vitijs carnis/ diui
tijs/ ⁊ cōſolationibꝰ corporalibꝰ: ſecutꝰ eſt
eū. ſ. xp̄m. Jn qbꝰ verbis duo notant̄.
Primo dilectio inflammata priuans noxi
um. relictis omnibus.
Secūdo perfectio inchoata omne fugās
ocium. ſecutus eſt eum.
¶ Circa p̄mū ē ſciēdū ꝙ cor īflāmatū ⁊ il⸗
luminatū igne diuini amoris ꝑ cognitio⸗
nē ſpūaliū: ꝯtēnit oīa tpalia tāq̄ noxia ⁊
nociua. iō btūs Bern̄. ita inqt. O munde
immūde ſi qs videret te: et cognoſceret te
quō tranſiturꝰ es: recederet a te: ⁊ fugeret
vanitates tuas. qꝛ vt dic̄ Joh̄. ī ſua epl̄a
cano. j. Joh̄. ij. c. Trāſit mūdus et cōcupi
ſcentia eiꝰ. Hec oīa pfectiſſime in btō. N.
ſunt impleta: qꝛ mūdū pfecte vidit ⁊ cōtē
pſit: ⁊ receſſit ab ipō: ⁊ ſecutꝰ ē xp̄m. iō me
rito pōt dicere illud Johā. xvj. Relinquo
mūdū ⁊c̄. Et vt iſta meliꝰ videatis: narra⸗
bo vobis hiſtoriā ⁊c̄. Deo gratias.
¶ Jn feſto plurimoꝝ martyrū. Sermo.

Fortes facti ſūt in bello. ad Hebreos. xj. c.
Prout docet ſcriptura: et h̄
idē docet cōis experientia:
ac doctorū vera ſnīa: ꝓpter
tria in ſpeciali aliquis dicitur ⁊ iudicatur
eſſe fortis. ſcil;
Cū pōt pfecte mūdū fugere ⁊ conculcare.
Cū pōt facile ſuū hoſtē vincere ⁊ ſupare.
Cum poteſt intrepide tormenta ſufferre ⁊
tolerare.
¶ Prima clauſula ſic declarat̄. Jlle Ma⸗
crob. ī li. de ſomnio Scipionis volēs oſtē

dere que ſunt illa que ꝑtinēt ad fortitudi
nē: ita dic̄. Fortitudinis ē aīm ſupra ꝑicu
lū ⁊ metū agere: nihilq; niſi turpia time⸗
re: fortiter aduerſa ⁊ proſpera tolerare. Ex
quo p; ꝙ ille dꝛ ⁊ pōt dici fortis: q turpia
vt ſunt pctā vitat et fugit: et aduerſitates
huiꝰ mūdi patiēter ſuſtinet. Qd̄ ſic decla⸗
ro. ꝑut dicit Sene. epl̄a. cvj. ꝙ ꝓpriū eſt
hoīs habere nobilē ſpm̄ ⁊ cor altū qrentē
vbi honeſtiſſime viuat: ⁊ nō vbi viuat vi⸗
tioſe ⁊ īqete. ⁊ iō d; dedignari ſubijci vili
bus: ⁊ maxime pctīs ⁊ vilitatibꝰ huiꝰ mū
di. Vn̄ Sene. ī quadā epl̄a. Si ſcirē deos
ignoſcituros: ⁊ hoīes ignoraturos: pecca
re dedignarer. Propter qd̄ tūc hō oſtēdit
ſuā fortitudinē: qn̄ h; opportunitatē pec⸗
candi: ⁊ nō vult peccare. Talis fuit ille io
ſeph: de q legit̄ Gen̄. xxxix. ꝙ maluit diffa
mari ⁊ īcarcerari: q̄ ſi ꝯ p̄ceptū dn̄i veniſ
ſet: et peccaret cū dn̄a ſua. Scd̄o vt dixi:
oſtēdit ꝙ eſt fortis ille q aduerſitates: vt
pauptates ⁊ huius mūdi moleſtias patiē
ter tolerat: nec curat de amiſſiōe honoꝝ ⁊
bonoꝝ mūdialiū. Rō ē: qꝛ ſicut aurū ī for
nace ignis ꝓijcit̄ vt ſic eiꝰ bonitas cōpro
bet̄: ⁊ pulchritudo demōſtret̄: ita ſi hō for
tunā ⁊ aduerſitatē mūdi ſuſtineat ⁊ patiē
ter toleret: oñdit ꝙ eſt virtuoſus ⁊ fortis.
Tales erāt antiq ph̄i. Legit̄ de qdā ph̄o:
ꝙ cū oībꝰ amiſſis euaſiſſet de incēdio: rn̄⸗
dit cuidā ſibi cōpatienti. nihil inqt ꝑdidi
oīa mea mecū ſunt. qꝛ non reputabat bo⸗
na fortune bona ſua. Apparet igit̄ ex p̄di⸗
ctis ꝙ ille dꝛ fortis: q mūdi pctā ⁊ aduerſi
tates ꝯtēnit et fugit. Et hoc ē qd̄ ꝯfirmat
btūs Greg. viij. li. moral̄. Fortitudo ē car
nē vincere: voluptatibꝰ contraire: delecta
tionē huiꝰ vite extinguere: huiꝰ mūdi aſ⸗
pera ꝓ eternis p̄mijs amare: ꝓſperitatis
blādimēta ꝯtēnere. hec ille. Exēplū habe
mus ī ſacra ſcriptura. ij. Machab. vj. de
illo eleazaro: q cōpellebat̄ ꝑ ꝓcuratorē re
gis antiochi: ꝙ comederet carnes porci⸗
nas: qd̄ erat ꝯ diuinū preceptū: noluit ac
quieſcere: ſ; vt dicit tex. glorioſam mortē
magis q̄ odibilē vitā amplectēs: volūta
rie ibat ad ſuppliciū. ⁊ ſequit̄. Jſte quidē
hoc mō vita deceſſit: nō ſolū iuuenibꝰ: ſed
et vniuerſe gēti memoriam mortis ſue ad
exēplū ꝟtutis ⁊ fortitudinis derelinquēs.
¶ Scd̄a clauſula ſic declarat̄. vt dic̄ ph̄s
iij. Ethi. ꝙ maxie eſt fortitudo circa mortē
q eſt ī bello. Ex quo p; ꝙ ille dꝛ fortis; cū
nō refugit: nec timet intrare bellū cū ſuo
inimico: nec timet vulnerari ab eo: ſed au
dacter īuadit. Rō eſt. dicit Solinꝰ ꝙ īter
alia q faciūt hominē bellicoſum ⁊ audacē
eſt ſanguinis copia: qꝛ nō timet vulnera⸗
ri. Jō dicit Vegetiꝰ li. j. de re militari. c. ij.
ꝙ bellatores ſunt eligēdi de medijs regio
nibꝰ: non nimis ꝓpinqs ſoli: nec nimis a
ſole diſtātibꝰ. qꝛ nimis ꝓpinq ꝓpter deſic
cationē a ſole/ modicū habēt de ſanguie:
iō naturalr̄ metuūt vulnerari: qre nō ſunt
audaces. S; nimis diſtātes a ſole/ ꝓpter
abūdātiā ſanguinis/ ſunt īpetuoſi: et qua
ſi naturalr̄ furibundi: ⁊ iō prudētia nō re
gunt̄: qd̄ tn̄ eſt maxime neceſſariū ad bel⸗
lū. Medij autē ẜm Vegetiū/ nō ſolū ſunt
audaces: ſ; etiā prudentes. Septētriona
les ꝟo inducūt formidinē ꝓpter maximā
ſtaturā. hec Vegetiꝰ. Pt; ḡ ꝙ tota cā qua
re aliqs nō timet ab īimico vulnerari: eſt
ſanguinis copia. ⁊ iō tales dicunt̄ fortes.
Vn̄ Ariſto. iij. Ethic̄. maxie dꝛ fortis q cir
ca bonā mortē intimidus eſt: ⁊ quecunq;
mortē inducūt. maxime aūt talē fortitudi
nē oſtēdit qn̄ pugnat cū forti aduerſario:
et illū nō timet: ſed illū ſubiugat ⁊ deuin⸗
cit. Talis erat ille ſtrenuus miles Joſue:
qui pugnauit cū abimelech: ⁊ ip̄m ſupera
uit: ⁊ cū quinq; regibus amorreoꝝ: et ip⸗
ſos proſtrauit: ac in quadā arbore ſuſpen
dit. ciuitatē hiericho cepit et deſtruxit: et
multas et crebras victorias obtinuit. Jō
ſcribitur de eo Eccl̄i. xlvj. Fortis in bello
ieſus naue ſucceſſor moyſi in prophetis: q
fuit magnus ẜm nomen ſuum. maximus
in ſalutem electorum dei expugnare inſur
gētes hoſtes. Apparet igit̄ ſcd̄a clauſula.
¶ Tertia clauſula ſic declarat̄. dicit beatꝰ
Aug. in lib. de moribus eccleſie: ꝙ fortitu
do eſt amor facile oīa tolerās ꝓpter illud
qd̄ amatur. hec ille. Ex quo pt;/ ꝙ ille co⸗
gnoſcit̄ eſſe fortis corporaliter: q propter
aliqd qd̄ amat: patiēter ſuſtinet tormēta:
et mala. Rō eſt: qꝛ vt dicit ph̄s. nulla vir
tus manifeſtat̄ niſi ꝑ actus. ſicut virtꝰ la⸗
pidis precioſi nō oſtēdit̄ niſi ſanādo. Si⸗
militer virtus ⁊ fortitudo militis oſtendi
nō pōt: niſi in p̄lio ſuſtinuerit ictꝰ et vul⸗
nera. vn̄ Greg. Nemo in pace vires ſuas
cognoſcit: ſi bella deſunt. ⁊ experimēta nō
proderūt. Similiter nullus pōt iudicari
patiēs ⁊ fortis donec ꝓ re: quā diligit: ſu
ſtinuerit tormenta firmiter et patienter.

Ideo dicit ariſtoteles lib.iij.ethicoꝝ:ꝙ ĩ
ſuſtinēdo triſticiā maxime aliq̄ dicūt for⸗
tes.triſticiam aūt vocat moleſtias paſſio⸗
num ⁊ tormenta. Talis erat miles ille ro
manꝰ pōpeiꝰ noīe:de q̄ narrat valeriꝰ li.
iiij.ꝙ dū apđ quēdā regē gētiliū legatio⸗
nis officio fungeret̃:ab eo captꝰ fuit:⁊ vt
ſenatus ꝯſilia diceret cogebat̃. at ille vir
fortis in p̄ntia regis digitū igni immiſit ⁊
totū ardere ꝑmiſit ſine mutatiōe vultus
et ſic tormēta nulla ſe timere oñdit.qđ dū
vidit rex eiꝰ fortitudinē expauit nec vltra
ab eo q̄ſiuit:ſꝫ recipi ĩ amicitiā romanoꝝ
poſtulauit. Hoc etiā pꝫ ꝑ exemplū ĩ ſacra
ſcriptura de illo iuda machabeo:q̄ mltas
tribulatiōes ⁊ ꝑſecutiōes ſuſtinuit ꝓ de
fenſiōe p̃rie ⁊ ppl'i iſrael.vñ đr in.j.li.ma⸗
chabeoꝝ.c.iij.de eo. Induit ſe loricā ſicut
gigas:⁊ſuccĩxit ſe arma bellica ſua ĩ plijs
⁊ ꝓtegebat caſtra gladio ſuo. ſil'is factus
eſt leoni ĩ operibꝰ ſuis: ⁊ ſicut catulus leo
nis rugiēs in venatione. Iō de xp̄o ſcribi
tur.j.Machab.ij. Iudas machabeꝰ vir
fortis viribꝰ a iuuētute ſua. Apparet ergo
tertia clauſula:⁊ per cōſequens tota regu
la preaſſumpta.

¶ Modo p̄dicta nr̄o ꝓpoſito applicādo
beati. N. fecerunt predicta complete.
Primo mundū perfecte contēpſerunt.
Scđo ſuos inimicos ſtrenue vicerunt.
Tertio penas ⁊ tormenta patienter ſuſti⸗
nuerunt.

¶ Primo dixi ꝙ mūdū:⁊ q̄ in mūdo ſunt
contēpſerūt:⁊ diuitias ⁊ honores ⁊ pctā.
Et rō ē.videmꝰ ꝙ hō đꝫ fugere locuꝫ in q̄
eſt ꝑiculū:q: infirmat̃ depaupat̃ ⁊ fallit̃:
⁊ q̄rere locū ſanū ⁊ pacificū in q̄ poſſideat
tute bona ſua. Iſte mūdus ē locꝰ:ĩ q̄ oēs
q̄ ibi ſunt: turbant̃ infirmant̃ ⁊ moriunt̃
et ĩ finē tm̄ depaupant̃ ꝙ nihil ſecū expor
tāt. ſꝫ ꝑ oppoſitū ꝑadiſus ē locꝰ in q̄ oēs
habitātes viuūt in q̄ete:ibi ditant̃:⁊ ſem
per durāt ⁊ nūq̄ moriūt̃. Et h̃ eſt qđ dic̃
Aug. O amatores mūdi:nō eſt req̄es vbi
q̄rit̃ eā. vitā btām q̄rit̃ ĩ regno mort̃:nō
eſt h̃. quomō ibi btā vita: vbi nec vita:ꝙ
ſi amat̃ iſtā miſerā fluidāq̄ȝ vitā:vbi cuꝫ
tāto labore viuitis:quātomagis debetis
amare illā btām vitā:vbi nullū laborē ſu
ſtinebit̃:hec ille. Et iō vidētes iſti glorio
ſi. N. defectū ⁊ ꝑiculū huiꝰ mūdi:⁊ perfe⸗
ctionē ac ſecuritatē alteriꝰ:iſtū mundū: ⁊
oīa que in eo ſunt: ꝯtempſerūt ⁊ fugerūt
dic ſicut habes in eorū legēda. iō merito
poſſunt dicere illud.j.Coꝝ.ij. Nos auteꝫ
non ſpiritū huius mundi accepimus. Et
hec quantū ad primū.

¶ Secundo dixi ꝙ inimicos deuicerunt.
Ratio eſt. dicit beatꝰ Ambro. laus factu⸗
re factoris eſt titulus. nā in bono artifi⸗
cio/artifex cōmendatur. et in bono diſci⸗
pulo/magiſter. et rex in milite ſtrenue mi
litante. Conſiderantes igitur iſti glorioſi
N. nobilitatē dñi ſui: qui eſt dñs totius
creature et ꝯditor:⁊ gratias quas ab ip̄o
receperunt:ideo laborauerunt vt hoſtes
ſuos vincerent. deus laudaretur in eis
iuxta illud. Glorioſus deus in ſctīs ſuis.
Et vt ipſi apud dñm ſuū magnum hono
rem ⁊ gloriam obtinerent. Dic quomodo
tyrānos contēpſerunt et ſuperauerūt. Id
circo de eis dicit beatus Auguſ. Vicerūt
verbis:vicerunt penis:vicerūt confeſſio⸗
ne:vicerūt tribulatiōe. In penis namq̄ȝ
grauiſſimis cōſtituti dñm ieſum xp̄m cō⸗
feſſi ſunt omniū creatorem et redempto⸗
rem.hec ille.

¶ Tertio dixi ꝙ tormenta leuiter ⁊ patiē
ter ſuſtinuerūt. Ratio eſt. dic̃ btūs Greg.
cōſideratio premij diminuit vim flagelli.
Vñ videmꝰ ꝙ milites pergunt ad locum
vbi ſtipendia dantur magna:⁊ exponunt
ſe ꝓ ipſis vulneribus ⁊ morti frequēter.
Premiū aūt militū xp̄i eſt regnū celorum
vñ Sap.v. Iuſti aūt in ꝑpetuū viuēt: et
apud dñꝫ eſt merces eoꝝ:⁊ cogitatio illoꝝ
apud altiſſimū. Iō accipiēt regnū decor̃
⁊ diadema ſpēi de manu dñi. Iſti ḡ gl'ioſi
martyres xp̄i beati. N. ꝯſiderātes merce⸗
dem:quā victoribꝰ ſuis dñs cōfert: ſuſti⸗
nuerūt ⁊c. iō de ipſis loquēs Chryſo. in
q̄dā homelia ita dicit. Hoꝝ martyꝝ itaq̄ȝ
corpa gl'ioſa ſiue p̄cioſa ſunt:q: plagas ꝓ
dño ſuſceperunt:⁊ ſtigmata propter xp̄m
impreſſa circūferūt. et ſicut ex corona re⸗
gali vndiq̄ȝ fulgores emittunt̃:ita marty
rum corpora ꝓ xp̄o vulneribus diſtincta
oīm regū diademate delectabiliora ſunt.

¶ Ex antedictis igit̃ formet̃ rō. ſ. ex maio
ri et minori ⁊ ꝯcludat̃ ſic thema. ḡ fortes
facti ſunt ĩ bello: q̄ ſunt v̓ba theāt̃ p̄aſ⸗
ſumpti. In q̄bꝰ duo oñdit nobis aplus.
Primo ꝙ fuerūt fortes ad oīa tormenta
tolerandum. q: fortes in bello.
Secūdo ꝙ fuerunt diligentes ad diu cō
tinuandū. quia facti ſunt.

¶ Primo dixi ꝙ fuerūt ⁊c. Rō eſt. dic̃ em̄
Tulliꝰ ꝙ fortitudo ē rōnabil' terribiliū ag
greſſio:⁊ eoꝝ ꝯſtās ꝑpetuatio. Terribilia
em̄ ſunt tormēta corꝑis: ⁊ mors:q̄ ē finis
terribiliū:quoꝝ aggreſſio đꝫ eē rōnabilis
i. ex rōnabili cā. ſ. ꝓpter fidē: vel ꝓ bono
oꝑe faciēdo: vel ꝓ pctō vitādo. Hec igit̃
fortitudo ⁊ valētia fuit ĩ btīs. N. q: ex rō⸗
nabili cā. ſ. ꝓpter fidē xp̄i defendēdam et
nō negādā:elegerūt tormenta ⁊ mortē. et
nec verberibꝰ: nec ꝓmiſſionibꝰ potuerūt
ſuperari nec flecti. propter qđ dici pōt de
ip̄is illud Iudicū.xx. Erant viri fortiſſimi
ita ſiniſtra vt dextera p̄liātes. Per ſiniſtrā
em̄ aduerſitates. per dexterā v̓o ꝓſperita
tes deſignant̃. Fortes v̓o fuerūt iſti mar⸗
tyres gl'ioſi: q̄s neq̄ȝ tp̄aliū ꝓmiſſio: aut
vulnerū frequēs ĩnouatio auertere potu⸗
it a iuſticia:iō talia vultu hilari tolerabāt
Et hec quantum ad primum.

¶ Dixi ſcđo ⁊c. q: ĩ eis fuit fortitudo cōti⸗
nuitatis ⁊ ꝑſeuerātie. Rō ē ꝓut dicūt do
ctores quedam virtutes ſunt quaruꝫ actꝰ
ꝑ totā vitā đꝫ durare. vt fides. ſ. ad virtu⸗
tes theologicas: q: aſpiciunt vltimū finē
hūane vite. Et nota ꝙ dicit btūs Aug. in
lib. de ꝑſeuerātia:ꝙ nullꝰ pōt dici habere
ꝑſeuerātiā q̄diu viuit: niſi ꝑſeueret vſq̄ȝ
ad mortē. hec ille. Et talē perſeuerātiā ha
buerūt iſti gl'ioſi martyres btī. N. ⁊ nō ſi⸗
ne cā:q: xp̄s iuuabat ⁊ confortabat corda
eoꝝ:dicēs eis illud Augu. Pugnate iuua
bo. vincite coronabo. qđ et fecerūt:iō can
tat eccl'ia de ipſis. Terrore victo ſeculi:pe
niſq̄ȝ ſpretis corporis:mortis ſacre cōpē⸗
dio:vitam beatam poſſident. Ad quā vi⸗
tam nos perducat ieſus ⁊c̄.

¶ In feſto vnius martyris ſiue vnius alte
rius ſancti. Sermo.

Abora ſicut bo
nus miles xp̄i.ij. ad Tim̄.
ij. Pꝫ experiētia:⁊ idē pro
bat doctoꝝ ſnīa:ꝙ bonus
miles quattuor proprieta
tes et excellentias debet habere.
Debet eſſe fidelis ſm ſuā promiſſionē.
Debet eſſe liberalis ſm munerum diſtri⸗
butionem.
Debet defendere oppreſſos et ſuꝑ eis ha⸗
bere compaſſionem.
Debet eſſe fortis ad ſuſtinendum tribu⸗
lationem.

¶ Dico p̄mo ꝙ bonꝰ miles đꝫ eſſe fidelis:
ac tenere fidē ꝓmiſſam. Qđ ſic declarat̃.
dicit Vegetiꝰ de re mili. li. iiij. c. j. ꝙ mili
tes iurāt ꝑ deū:⁊ ꝑ xp̄ꝫ eiꝰ:⁊ ꝑ ſpm̄ſctm̄:⁊
ꝑ maieſtatē p̄ncipis: ꝙ ſtrenue faciēt oīa
q̄ p̄ceperit p̄nceps. Iurāt em̄ nūq̄ deſer⸗
turos militiā:vel mortē recuſare ꝓ repu⸗
blica q̄n aſcribunt̃ militie. iō appet ꝙ mi
litis nomē amittit: q̄ p̄ncipi ſuo fidē ſua
re nō nouit. Iō dicit Petrꝰ bleſeñ. in q̄dā
epl'a. Nihil deteſtabiliꝰ nota ꝓditiōis in
milite. ſola fidelitas ē q̄ dilatat gl'iam po
puli:q̄ pacē firmat:et terrorē ĩcutit inimi
cis. Nō ſolum aūt decet eos eē fideles ad
p̄ncipes:ſꝫ ad ſeip̄os vt fideli iūgant̃ ami
citia:⁊ ꝙ ſimul ſtēt ꝓ vtilitate reipublice:
q: vt đr ĩ decret̃. xxiij. q. iij. c. vlti. Sūma
militie laus ĩter alia bona merita/hec eſt
obediētiā reipublice vtilitatibꝰ exhibere.
ſicut ponit Aug. exēplū li. j. de ciui. dei. c.
xv. de marco regulo:q̄ cū captiuꝰ ductꝰ eſ⸗
ſet:a carthaginēſibꝰ miſſus ē romā ſub iu
rōne r̄ndēdi ꝓ captiuoꝝ cōmutatiōe. Il⸗
le v̓o romā veniēs ꝯciliū ĩtrauit:romanis
ꝯſuluit ꝙ nullo mō cōmutarēt captiuos:
eo ꝙ illi erāt adoleſcentes ⁊ boni milites
ip̄e aūt ſenectute ꝯfectꝰ. Et cū retineret̃ a
ꝓpinq̄s ⁊ amicis redire maluit ad crude
liſſimū hoſtē:q̄ eū ĩterficeret:q̄ fidē hoſti
datā fallere. De fidelitate aūt quā debent
adinuicē hr̄e ⁊ ad cōitatē:exēplū habemꝰ
ij. Reg. x. c. vbi legitur/ꝙ illi duo milites
ioab ⁊ abiſai q̄ ꝯ ſyros ⁊ amonitas bellan
tes ſibijnuicē fideles amicitie ſubſidia p̄⸗
ſtātes hoſtes ĩ fugā verterūt. Vñ dixit io
ab abiſai. Eſto vir fortis ⁊ pugnemꝰ ꝓ po
pulo nr̄o:⁊ ꝓ ciuitate dei nr̄i. Si p̄ualue
rint aduerſum me ſyri: eris mihi ĩ adiuto
rium. ſi aūt filij amon preualuerint aduer
ſum te:ero auxiliator tui. Sicq̄ȝ pugnan⸗
tes omnes fugauerunt: et ſuperauerunt.
Apparet igitur prima clauſula.

¶ Scđo dixi ꝙ bonꝰ miles đꝫ eē liberalis
in munerū donatiōe ⁊ diuiſione. Et rō eſt
ſm ꝙ dic̃ Boe. ij. de ꝯſo. ph̃ie. pſa. v. Lar
gitas facit p̄ncipes eſſe amabiles ⁊ famo
ſos ⁊ claros. Et q: milites debēt laborare
vt famā bonā acquirāt ⁊ nomē celebre:iō
debēt eē liberales ⁊ nō auari. q: ſic nō ha
berēt ſequelā:immo dimitterent̃ a ſuis:⁊
forte adhererēt aduerſario. ſicut legit̃ ĩ hi
ſtoria alexādri ꝙ milites regis pyrrhi:qui
auarꝰ ⁊ auſterꝰ erat:audiētes magnificen

tiā regis alexādri dimiſerūt ipm pyꝛrhū
cui ꝑmo ſeruiebāt: ⁊ adheſerūt alexādro
⁊ ſic pyꝛrhus fuit vict⁹ ⁊ occiſus. Et ꝗuis
largitatē ſemꝑ hr̄e debeāt: tn̄ ſpāl'r īminē
te belli ꝑiculo. q: tūc ſicut cōis ē oīm vi-
ctoꝛia: ſic etiā dꝫ eē ꝑda: q: ſic dicit Iſido.
lib. Etymo. ⁊ hr̄ in decret. di. j. c. ius mili
tare. ius militare eſt ꝑde deciſio: ⁊ ꝓ ꝑſo
narū q̄litatib⁹ ⁊ laboꝛib⁹ iuſta diuiſio. De
hoc habem⁹ exēplū de dauid. j. Reg. xxx.
q̄ dixit eq̄ erit poꝛtio deſcēdentꝫ ad ꝑliuꝫ
⁊ remanētis ad ſarcinas. ꝓpter qd̄ poſt-
modū nō ſolū ꝑncipē militie: ſꝫ etiā regē
iſrl' elegerūt. Sꝫ q: oppoſitū faciūt hodie
milites nr̄i tꝑis: iō merito nomē militis
debēt ꝑdere. de q̄b⁹ optīe loquit̄ Pet. ble
ſen. ī q̄dā epl'a di. Hodie militarꝫ diſcipli
na: quā vegeti⁹ renat⁹: ⁊ pleriq̄ȝ alij docue
rūt: ꝑꝛſus euanuit. nā ex q̄ hodie militari
cīgulo decoꝛant̄: ſtatī ſpoliāt ⁊ ꝑdant̄ ſub
iectos ſibi paupes: ⁊ miſerabilr atq̄ȝ īmi-
ſericoꝛditer affligūt. clypeos deferūt opti
me deauratos: ⁊ ꝑdā poti⁹ hoſtiū q̄ victo
riā optāt. h̄ ille. Apꝑet igit̄ ſcd̄a clauſula.
¶ Dixi tertio ꝙ dꝫ oppꝛeſſos defendere ⁊
de ipis hr̄e cōpaſſionē. Rō ē: naꝫ vt dicit
Sene. lib. j. de clemētia. c. iij. ꝙ magnani
mi ꝓꝑū ē placidū eē: ⁊ iīurias atq̄ȝ offen
ſas ſūme deſpicere. ⁊ ſeq̄t̄ ibidē. Quid ma
gis decoꝝ ē q̄ȝ clemētia q̄buſcūq̄ȝ modis
⁊ q̄cūq̄ȝ iure ꝓpoſit⁹ ſit. Et ponit exēpluꝫ
rex inq̄t apū ſine aculeo ē. noluit em̄ nec
ſeuū eē: nec vltionē petere. h̄ ille. Et ideo
cū miles alijs ſit ꝓpoſit⁹: ⁊ dꝫ hr̄e ⁊ cupi-
at famā ⁊ nomē ꝑclarū: iō de oppꝛ̄ſſis dꝫ
cōpaſſionē hr̄e: ⁊ cū ad victoꝛiaꝫ venerit
inimicū ꝓſtratū viuificare: cū poſſit occi
dere nō dꝫ. q: hr̄ ī decretis. xxiij. q. j. c. q̄d
culpat̄. ꝙ in bello repꝛehēdit̄ cupiditas
nocēdi ⁊ vlciſcēdi crudelitas. Talis fuit
ille de q̄ narrat Valeri⁹. li. v. c. vj. Marc⁹
marcellin⁹ q̄ captꝫ ab eo ſiracuſanis: cuꝫ
eēt ī arce conſtitut⁹: ⁊ opulētiſſime vꝛbis
tūc afflicte foꝛtunaꝫ ex alto cerneret ⁊ ca-
ſum lugubꝛē: fletum cohibere nō potuit.
Exēplum etiā habem⁹ ī ſacra ſcriptura. ij.
Reg. xviij. Vbi legit̄ de illo milite ioab
noīe exercit⁹ dauid: ꝙ debellato abſalone
cū ſuo exercitu: cecinit buccina ⁊ retinuit
ꝑpl'm ne ꝑſequeret̄ fugiētē iſrl': volēs ꝑce
re multitudini: cū moꝛtui eēnt ex eis q̄ſi
viginti milia. Apꝑet igit̄ tertia clauſula.
¶ Quarto dixi ꝙ dꝫ eē miles foꝛtis ad ſu-
ſtinendū tribulationes. Rō eſt. q: vt dicit
Policrat⁹ li. v. c. vij. miles nomē laboꝛis
et honoꝛis eſt. iōq̄ȝ q: miles hꝫ multa ma
la ſuſtinere: non dꝫ eſſe delicate nutritus
Nā vt dic̄ Vegeti⁹ renat⁹: miles nutritus
tenere: nō eſt aptus ad militādū. Et talē
cām dat Hiero. in epl'a ad theodoꝝ ita di
cēs: De cubiculo ad aciē de vmbꝛa egredi
ens ad ſolē: coꝛp⁹ aſſuetū ad tunicā loꝛice
on⁹ nō ſuſtinet: caput opertū linteo / gale
am recuſat: mollē ocio manū dur⁹ exaſpe
rat ſcopul⁹. foꝛtioꝛ aūt miles ex cōfragoſo
venit. hec ille. Nō ḡ milites debēt eē deli
cati: nō effeminati vel toꝛpidi: ſed in labo
re nutriti: caloꝛē ſolis ſuſtinere: vmbꝛā fu
gere: balnea neſcire: paruo contenti cibo.
ita ꝙ ſint indurata ad oēm laboꝝ tolerā-
tiā eoꝝ mēbꝛa. tales em̄ nō foꝛmidāt vul-
nerari: nec timent moꝛi: et iō ſunt apti ad
militandū. Talis fuit ille miles luciboni-
das noīe: de quo narrat Valeri⁹ lib. vj. ꝙ
cū trecentis militib⁹ eſſet pugnaturus cō
tra Xerxem regē potentiſſimū ꝓ libertate
ꝑrie: alacri aīo eſt eos hoꝛtat⁹ ſic di. Pran-
dete cōmilitones mei tāq̄ȝ apud inferos
cenaturi. Cui oēs intrepidi paruerūt. de-
nūciauit em̄ eis nihil reſtare niſi moꝛtē. ⁊
ſic aīauit eos ad oīa patienter ſuſtinēda.
De hoc habemus exēplum. ij. Reg. xj. de
vꝛia milite: cui cū dictū eſſet ꝑ dauid. Va
de ī domū tuā ⁊ laua pedes tuos. ait vꝛi-
as ad dauid. Arca dei ⁊ iſrael ⁊ iuda habi
tāt ī papilionib⁹: ⁊ dn̄s me⁹ ioab: et ſerui
dn̄i mei ſuꝑ faciē terre manēt: ⁊ ego ingre
diar domū meā vt comedā ⁊ bibā: et doꝛ-
miā cū vxoꝛe mea? Per ſalutē tuā: ⁊ ꝑ ſalu
tē aīe tue: q: nō faciā rē hāc. Apparet igi-
tur quarta clauſula: et per conſequēs to-
ta regula pꝛeaſſumpta.
¶ Modo predicta noſtro pꝛopoſito appli
cando: reperio ꝙ iſte glorioſus ſanct⁹. N.
habuit pꝛedictas quattuoꝛ boni militis
pꝛopꝛietates et excellētias.
Pꝛimo fuit deo valde fidelis.
Scd̄o fuit multū liberalis.
Tertio habuit pꝛoximi ſui pietatem.
Quarto ſuſtinuit vtuoſe oēm aduerſitatē
¶ Pꝛimo dixi ꝙ fuit deo valde fidelis. Ra
tio eſt. ille vaſallus eſt fidelis dn̄o ſuo: qui
cōplet et operat̄ oīa pꝛecepta dn̄i ſui. Ta
lis fuit ille dauid de quo dꝛ. j. Regū. xxij.
Quis in oībus ſeruis tuis ſicut dauid fi-
delis et gener regis ingrediēs ⁊ pergens
ad imperium eius. Sed btūs. N. fuit deo
in oībus obediēs. Declara ſicut habes in

ei⁹ vita vel legēda. Ergo fuit deo fidelis:
vt merito de ipo poſſit itelligi illud. j. Io
hā. j. Fidelis ⁊ iuſtus eſt.
¶ Scd̄o fuit in dādo valde liberalis. Ra-
tio eſt. dicit Ariſto. in. iiij. Ethic. ꝙ libera
lis eſt ſuꝑabūdare in datione: ſed beatus
N. fuit talis: q: amoꝛe dei coꝛpus ſuū mar
tyꝛio tradidit: bona mūdana cōtēpſit. dic
ſicut habes in eius legēda. Ergo maxime
fuit liberalis: vt merito poſſit dicere illud
Hiere. xij. Reliqui domū meā: dimiſi he-
reditatem meā: dedi dilectā aīam meā in
manus inimicoꝝ eius.
¶ Tertio habuit ꝓximi ſui cōpaſſionem.
Rō eſt: q: ille eſt verus cōpatiēs: q̄ doloꝛē
ac infirmitatē ⁊ periculū alterius ſentit ⁊
iuuat. q: vt dicit btūs Greg. in quadā ho
mel. cōpaſſio eſt cū malū inopie ꝓximo ſu
ſcipere nō metuimus: vt eū cōpaſſione li-
beremus. hec ille. Sed btūs. N. iuuit ꝓxi
mū ⁊c̄. igit̄ habuit ꝓximi ſui cōpaſſionē:
vt merito poſſit dicere illud Iob. xxx. Fle
bā quondā ſuꝑ eo qui afflictus erat: ⁊ cō
patiebatur aīa mea pauperi.
¶ Quarto ſuſtinuit multas aduerſitates
virtuoſe. Rō eſt: q: tribulationes ⁊ aduer
ſitates ducūt hoīem ad gloꝛiam dei ſi pꝛo
xp̄o ſuſtineant̄. ita dꝛ Mat. v. Beati q̄ ꝑſe
cutionē patiunt̄ ꝓpter iuſticiā: qm̄ ipſoꝝ
eſt regnū celoꝛū. Et q: btūs. N. volebat et
cupiebāt regnū celoꝛū: iō ſuſtinuit ⁊c̄. dic
tribulationes: q̄s ſuſtinuit: vt merito poſ
ſit dicere cū ps̄. lxviij. Qm̄ pꝛopter te ſuſti
nui oppꝛobꝛiū. Ex antedictis igit̄ foꝛmet̄
ratio talis. Duo declarauimus.
Pꝛimo ꝙ bonus miles dꝫ laboꝛare vt ha
beat quattuoꝛ ꝓpꝛietates ſiue ꝯditiōes.
Scd̄o ꝙ btūs. N. vt pꝛedicta haberet ꝑfe
cte laboꝛauit. Recte igit̄ tenuit apl'i ꝯſi
liū datū in verbis pꝛeaſſumptis. Labo-
ra ſicut bonus miles xp̄i. In quib⁹ ver-
bis apl's ipm ad duo hoꝛtatur.
Pꝛimo ꝙ iuſte viuat: et fugiat omnē ocio
ſitatem. Laboꝛa.
Secūdo hoꝛtatur ꝙ animoſe defendat fi
dem quapꝛopter ſperat habere ſaluatio
nem. ſicut bonus miles ⁊c̄.
¶ Pꝛimo hoꝛtat̄ eū ⁊c̄. Rō ē: q: ocioſitas
reddit hoīem quaſi moꝛtuū: q: vt videm⁹
hō moꝛtu⁹ nō pōt laboꝛare ⁊ operari: ſed
viuus. Ideo dicit Seneca. Ociū ſine lr̄is
moꝛs ē: et viui hoīs ſepultura. Ideo btūs
N. nō fuit ocioſus: ſed laboꝛauit ⁊c̄. dic la
boꝛes q̄s ſuſtinuit. Pōt ḡ dicere illd̄ Eſa.
j. ⁊ Hiere. vj. Laboꝛaui ſuſtinēs. ſ. ꝓ fide.
¶ Scd̄o hoꝛtat̄ eū ad defendendū fidē. dꝫ
em̄ miles laboꝛare ꝓ exaltatione fidei ca
tholice. Petr⁹ bleſen. in quadā epl'a. Poꝛ
ro oꝛdo militū nunc eſt oꝛdinē nō tenere.
nā cui⁹ os maioꝛi ſpurcitia polluit̄: q̄ dele
ctabilius iurat: q̄ min⁹ timet deū: q̄ mini
ſtros eccleſie vilificat: q̄ eccleſiā nō veret̄:
iſte hodie ī cetu militū foꝛtioꝛ et noīatioꝛ
reputat̄. hec ille. Idē. Nō aūt pictura: nō
aurū: nō lapides: ſꝫ ſcutū euulſum: galeā
fractā: habētē gladiū: faciē vulneratā dici
mus cedere militibus ad oꝛnatum. hec il
le. Et ſic finitur ſermo.
¶ Milites introduxit ad ſe. iiij. Reg. xj.
¶ Habeo ſub me milites. Mat. viij.
Pꝛoſequere vt. ſ.
¶ De vno ſancto. Sermo.

REpoſita eſt mi-
hi coꝛona iuſticie. ij. ad Ti-
moth. iiij. Iuxta ſcripture
veritatem pꝛemitto talem
pꝛopoſitionem.
Bonus miles ſtrenue ſuperans et vincēs
ſuum inimicum moꝛtalem.
Doctoꝛ homines docens fideliter ſcriptu
ram diuinalem.
Homo perfectus caſte viuens: et ſeruans
mundiciam coꝛpoꝛalem.
Iſti obtinent pꝛemium ſufficiens / et coꝛo
nam perpetualem.
¶ Pꝛima ps̄ regule ſic declarat̄. Hr̄ in de-
cre. xxiij. q. j. niſi bella. ꝙ nos ī h̄ mūdo ha
bem⁹ duos īimicos. ſ. coꝛꝑales ⁊ ſpūales.
Coꝛꝑales īuadim⁹ ⁊ vincim⁹ armis coꝛꝑa
lib⁹. ⁊ vt ibidē dꝛ: bella iſta coꝛꝑalia gerūt
figurā ⁊ exēplū belli ſpūalis. iō apl'i tradi
derūt legi in eccl'ia hiſtoꝛias iudeoꝝ: vt ꝑ
bella q̄ hic geſſerūt: nos īſtruamur ad bel
lū ſpūale. Cū ḡ ītrātes bellū coꝛꝑale: ⁊ re
poꝛtātes de īimicis victoꝛiā: ꝓ remunera
tiōe coꝛonabāt̄: ꝓut narrat Hiero. ī epl'a.
cxvij. de romanis. req̄re ī ſmo. honoꝛe di
gnus eſt. Etiā. j. Mach. x. legit̄ ꝙ cū regi
alexādro narraſſent ꝓlia ⁊ virtutes: quas
fecerat ionathas: īmediate miſit ſibi pur
purā ⁊ coꝛonā et epiſtolam in hec verba.
Rex alexāder fratri ionathe ſalutem. Au-
diuimus de te ꝙ vir potēs ſis viribus: et
aptus es vt ſis amic⁹ nr̄. ſequit̄. Miſi tibi
purpurā ⁊ coꝛonā aureā: vt q̄ nr̄a ſunt ſen

tias nobiſcum:et conſerues amicitias ad
nos. Si igitur tales ꝓ victoria corporali
coronabant̃:multomagis eſt credendum
de illis qui vincũt inimicos ſpũales ⁊ fi⸗
dei. Et hoc eſt qđ btũs Bern̄. dicit in hec
verba. Uere tuta ꝓ xp̄o et cũ xp̄o pugna:
in qua nec vulneratus ꝓſtratus:nec con
culcatus fraudaberis a victoria. tm̄ ne fu
gias. ſola cã qua perdere poſſes victoriã:
fuga eſt. fugiẽdo potes illã amittere:mo⸗
riendo nõ potes. ⁊ beatꝰ ſi pugnãdo mo⸗
riaris:qꝛ mox coronaberis. hec ille. Hoc
pꝫ per exẽplum in vitaſpatrũ:vbi legitur
ꝙ quidã ſenex ſollicitus erat docere quẽ⸗
dam diſcipulũ ſuũ de ꝓfectu aĩe. et cum
ſolus oraret:factus eſt in extaſi:⁊ vidit lo
cum glorioſum:⁊ ſedem in eo: ⁊ ſup ſedeꝫ
ſeptẽ coronas. Et dictũ eſt ei. hec eſt diſci
puli tui:qui iſtas ſeptẽ coronas lucratus
fuit:qꝛ ſepties diabolice tentationi reſti⸗
tit. Ideo ſcribit̃ Jacobi. j. Beatus vir qui
ſuffert tentationẽ: qm̄ cum ꝓbatus fue⸗
rit:accipiet coronam vite. Apparet ergo
prima clauſula.

¶ Secũda pars regule ſic declarat̃. Naꝫ
doctor et p̄dicator v̄bi dei hꝫ ignorantes
docere et eccl'iam dei illuminare. iſtud au
tem non pōt bene facere niſi prius didice
rit. Nã vt dicit Sidonius lib. v. ep̃larum
miſer q̃ ante cõpulſus eſt docere ꝙ̃ diſce⸗
re : et ante preſumens bonũ predicare ꝙ̃
facere:tanq̃ ſterilis arbor : cũ nõ habeat
opera ꝓ pomis:ſpargit v̄ba ꝓ folijs. hec
ille. Un̄ talibus q̃ illuminant eccleſiã dei
doctrina et exẽplis/dicit xp̄us Mat. v. ꝙ
ſunt lux mũdi. lucerna ſup candelabrum.
ciuitas ſupra montẽ poſita. vn̄ de iohan⸗
ne q̃ p̄dicabat populo:ꝙ erat lucerna ar⸗
dens ⁊ lucens. Joh. v. Etiã in hiſtoria ec⸗
cleſiaſti. xj. li. c. viij. de gregorio nazãzeno
dꝛ:ꝙ cũ vocatus eſſet apud ꝯſtãtinopoli
ad docendũ eccleſiã dei: multa excellẽter
docebat v̄bis:et plura exẽplis: ⁊ ꝙ nihil
imparet qđ ipē prius nõ faceret. ⁊ ſic ma
gnam vtilitatẽ populo acq̃ſiuit. Apparet
ergo ꝙ doctoris ⁊ predicatoris officiũ eſt
ignorãtes docere:qđ eſt actus virtutis ⁊
miē:qꝛ inter ſpũales elemoſynas compu
tatur. iō tales in ſignũ excellẽtie et perfe⸗
ctionis debẽt et merent̃ coronari. Exem⸗
plũ habemus in btō paulo apl'o:qui ſcri⸗
bẽs ad philppi. q̊s ipſe ad fidẽ ꝯuerterat
dicit in. c. iiij. Fratres mei chariſſimi et
deſideratiſſimi gaudium meum ⁊ corona
mea. Ubi dic̃ glo. i. q̃ eſtis gaudiũ. de q̃rũ
fide et ope gaudeo : et corona mea. i. per
quos in p̄ſenti letificor : ⁊ in futuro coro⸗
nabor. diſcipulis em̄ in agone victoribus
dignus erit corona magiſter. Et hec quã⸗
tum ad ſecundum.

¶ Tertia ps regule ſic declarat̃. nam ſm̄
iuſticiã diuinã et humanã/ premiũ ꝓ me
rito correſpõdet. vn̄ xp̄s dixit Apoc̃. vltio
Merces mea mecũ eſt reddere vnicuiq̃
ſm̄ opa ſua. Et etiã dicit Iſidorꝰ. iij. lib.
de ſummo bono. Quot tẽtationes q̊s ſuf
fert:tot coronas premij meretur. Cũ igit̃
ſeruantes caſtitatẽ multas ⁊ varias tẽta
tiones ſuſtineant:qꝛ dicit btũs Augu. in
q̊dã ſermone. Inter oĩa certamina xp̄ia⸗
noꝝ/duriora ſunt prelia caſtitatis. nam
ibi continua pugna:⁊ rara victoria. Etiã
dicit Hierony. ꝙ in carne p̄ter carnem vi
uere:potiꝰ angelicũ ꝙ̃ humanũ eſt. Igit̃
cũ ſeruantes caſtitatẽ ſeu virginitatẽ ſin
gularẽ quandã victoriã optineãt de car⸗
ne ꝯ quã continuũ geritur bellũ : g̊ tales
coronã que aureola nominat̃:merentur.
In huius exẽplũ habet̃ in legenda beate
cecilie v̄ginis:ꝙ angelꝰ ei apparuit : qui
duas coronas ex roſis ⁊ lilijs in manu ha
bebat:et vnã cecilie: ⁊ aliã valeriano ſpō
ſo ſuo tradidit:di. Iſtas coronas immacu
lato corde ⁊ mũdo corpe cuſtodite : qꝛ de
padiſo eas vob̄ attuli:⁊ nunq̃ marceſcẽt:
nec odorẽ amittent : nec ab alijs niſi q̊bꝰ
caſtitas placuerit:videri poterunt. vn̄ de
talibus dꝛ Sap̄. iiij. O ꝙ̃ pulchra eſt ca⸗
ſta generatio cũ claritate. ſequit̃. In per
petuũ coronata triũphat. Apparet ergo
tertia pars: ⁊ per conſequens tota regu⸗
la preaſſumpta.

¶ Modo predicta noſtro ꝓpoſito appli⸗
cãdo beatꝰ. N. p̄dicta tria fecit mirabil'r.
Primo ſuũ inimicũ mortalẽ vicit fortiter
et ſuperauit.
Secundo ſanctam ſcripturã fideliter do⸗
cuit et predicauit.
Tertio caſte vixit:et corporis mundiciam
ſeruauit.

¶ Primo vicit inimicos. Rō eſt. cuilibet
em̄ volẽti vincere neceſſe eſt ꝙ fidẽ habe
at ĩ pugne aggreſſione. hec ē em̄ armatu⸗
ra:ꝑ quã ſcĩ vicerũt regna:ſicut dicit̃ ad
Heb. xj. et qꝛ iſtã fidẽ habuit btũs. N. iō
inimicos fidei vicit, narra ⁊c. Un̄ merito

ſibi poſſumus dicere illud Judicũ. xj. Cõ⸗
ceſſa eſt tibi victoria de hoſtibus.

¶ Scđo docuit ſacrã ſcripturam. Rō eſt.
nã dꝛ Mat. v. Qui aũt fecerit ⁊ docuerit
hic magnꝰ vocabit̃ in regno celoꝝ. Uolẽs
igit̃ btũs. N. eſſe magnꝰ apđ dñm: docuit
et p̄dicauit xp̄i fidẽ hereticis et paganis.
dic qual'r ⁊c. Un̄ de ipſo poſſumꝰ dicere il
lud Luce. xix. Erat q̊tidie docẽs ĩ tẽplo.

¶ Tertio ſeruauit mũdiciã et caſtitatem.
Rō ē. qꝛ dic̃. b. Greg. ĩ homel'. ſupgredit̃
v̄ginitas ꝯditionẽ hũane nature: ꝑ quaꝫ
hoĩes angelis aſſimilant̃. Uolens igitur
btũs. N. angelis aſſimilari:v̄ginitatẽ ſer
uauit. dic ſic habes ĩ eiꝰ legẽda. vt merito
ſibi dicamꝰ illđ Judith. xv. Cõfortatũ eſt
cor tuũ eo ꝙ caſtitatẽ amauerꝭ. Ex ãtedi
ctis igr̃ formet̃ rō ⁊ ꝯcludat̃ ſic. igr̃ pōt di
cere v̄ba thematꝭ. Repoſita eſt mihi coro
na iuſticie. In q̊bus v̄bis duo nob̄ oſten⸗
(dũtur.
Primo ꝙ in ieſu xp̄o oẽm ſuã fi⸗
duciam conſtituit. Repoſita eſt mihi.
Scđo ꝙ magnam dignitatẽ/ et ſummaꝫ
mercedem obtinuit. ſcꝫ corona iuſticie.

¶ Quantũ ad primũ eſt ſciẽdũ ꝙ ſolũ in
deo hõ ſapiẽs ⁊ diſcretꝰ dꝫ fiduciã ſuã po
nere. Rō eſt. qꝛ ſpes hoĩs eſt recte ſic̃ colũ
na q̃ totã domũ hꝫ ſuſtẽtare. qꝛ ſi talis co
lũna ſit vana ⁊ fragilis:ꝑmittit totũ edi⸗
ficiũ cadere. Sic ſpes q̃ eſt in mũdo : ⁊ in
rebꝰ mũdanis ꝑmittit hoĩeꝫ cadere. nam
dꝛ Prouerb̄. xj. Qui ꝯfidit ĩ diuitijs ſuis
corruet. iō btũs. N. vidẽs huiꝰ mũdi fra⸗
gilitatẽ:non ponebat ſpẽ ſuam in eo: ſed
ſolũ in deo:q̃ nunq̃ ſuis amicis deficit.
Dic quõ ſpẽ ſuam poſuit. iō poterat dice⸗
re illud Job. xix. Repoſita eſt h̄ ſpes ⁊c.

¶ De pluribus ſanctis. Sermo.

SEruierũt domi
no cũctis diebꝰ. Judic̃. ij.
Prout reperio in ſacro elo
quio : ille perfecte ſeruit
deo cum in ſuo ſeruitio ob
ſeruat tria.
Quando ſeruit hilarit̃er ſine violentia et
turbatione.
Qñ ſeruit humil'r ſine ſupbia ⁊ p̄ſũptiõe.
Qñ ſeruit fidel'r ſine fraudulẽtia ⁊ fictõe.

¶ Primo dixi ꝙ ille ꝑfecte ſeruit deo quã
do ſeruit deo hilariter ⁊c. qꝛ vt dicit apl's
ij. ad Coꝝ. ix. hilarem em̄ datorem diligit
deus, et prout dicit beatꝰ Augu, non pla⸗
cẽt deo coacta ſeruitia. Etiã qꝛ voluntas
humana eſt talis cõditionis : ꝙ in nullo
vult cogi:ſed oĩa vult facere libere. vnde
dic̃ ſeneca. Generoſus ē aĩmꝰ hoĩs:⁊ faci
liꝰ ducit̃ ꝙ̃ trahat̃. Qñ aũt hõ ĩclinat̃ ad
faciẽdũ aliqđ opꝰ quãtũcũq̃ ſit difficile:
ex q̊ illud volũtarie agat:ſibi facile ⁊ leue
vr̃. vn̄ dic̃ Teren. in eunucho. Facere volẽ
ti oĩa leuia ſunt. ⁊ nulla res tã facil': quin
difficilis ſit:ſi inuitus facias. Qꝛ bn̄ facili
tas volẽti rẽ facere ꝓbata fuit ſeruo : de
quo narrat Trogꝰ põpeiꝰ. lib. iij. ꝙ cum
q̊dã pricẽps hanibalẽ in bello occidiſſet:
ſeruꝰ q̊dã hanibalis poſt bellũ caſtra in⸗
trãs:illũ principẽ occidit : q̃ ſtatim captꝰ
fuit: ⁊ dũ crudeliſſime torq̃ret̃:dicebat ꝙ
hilariter moriebat̃:⁊ iſta v̄ba vſq̃ ad mor
tẽ fatebat̃ ſiue tenuit. Exẽpla q̃ſi infinita
habemꝰ ĩ martyribꝰ:q̃ ꝓ xp̄o dura ĩ corꝑi
bus ꝑtulerũt tormẽta: ⁊ tñ nec murmur:
nec v̄ba dolorꝭ ĩ illis tormẽtis fuerũt au⸗
dita. Sil'r ad ꝓpoſitũ in vitaſpatrũ nar⸗
rat̃ de ſctō Iſidoro : ꝙ cũ ille nihil coctũ
comederet:ſꝫ tm̄ bis vel ter in ſeptimana
micã panis cum herbis crudis ⁊ ſale gu⸗
ſtabat: ⁊ tñ vultus eiꝰ tã hilarior appare
bat:et corpulẽtia plena:ꝙ neſcientibꝰ eiꝰ
btãm vitã: appareret ꝙ lautioribꝰ cibis
q̊tidie nutriretur. Et cũ a fratribus cauſa
huius quereret̃:rn̄dit. ꝙ libens ſuſtineo
gaudenter. placentia eſt mihi ꝓ cibo. Et
ꝓpter hoc bene dicebat ꝓpħa in pſ̄. xcix.
Seruite dño in leticia.

¶ Scđo dixi ꝙ ille ⁊c. cũ ſeruit humiliter:
qꝛ ſeruꝰ p̄ſumtuoſus ⁊ ſupbꝰ nõ pōt eſſe
gratꝰ dño ſuo. iō dñt ſ̄ui teneri ſub virga
ne ſurgãt ⁊ intumeſcãt vt dic̃ Ariſtotel'. j.
Politic̃. c. xvij. Nõ eſt apđ ſeruũ vtẽdũ do
ctrina:ſꝫ p̄cepto. iō dñs dꝫ ſ̄uos ſub v̄ga
tenere vt ſint hũiles:qꝛ vt dic̃ Seneca in
ꝓuerbijs. c. iij. Minor. i. peior: ꝙ̃ ſ̄uꝰ eſt
dñs q̃ ſeruos timet. Et fortiori rõne vult
deꝰ hr̄e ſ̄uos hũiles dicẽs Eſa. lxvj. c. Ad
quẽ reſpiciã niſi ad hũilẽ ⁊ q̊etũ. ⁊ Mat.
xj. Diſcite a me:qꝛ mitꝭ ſum ⁊ hũilis corde
Ergo q̃ vult eẽ ꝑfectꝰ ſeruꝰ xp̄i: ſit hũilis
ad exẽplũ Pauli ſimplicis anachorite:de
q̊ dꝛ in vitaſpatrũ. ꝙ cũ ipē eſſꝫ ſine lr̄is:
tãte ſimplicitatꝭ ⁊ hũilitatꝭ fuit: ꝙ demo
nes añ cellã ſuã trãſire nõ poterãt:nec au
debãt:q̃ꝓpter ꝯtigit ꝙ quẽdã obſeſſum
a demonio abbas Machab. q̃ tante excel
lẽtie fuit ꝙ fugabat demones:nõ potuit

curare: ſꝫ miſit ad paulũ heremitã. Et cũ adductꝰ fuiſſꝫ ad eũ demõ clamabat: hũilitas pauli expellit me. ⁊ ſic dimiſit hoĩeꝫ. Igit̃ ſicut dr̃ in pſ̃. Seruite dño ĩ timore filiali: ⁊ non ſeruili.

¶ Tertio dixi ꝙ ille ⁊c. cũ fuit fidelit̃. nã ſeruꝰ fictꝰ aut negligẽs nulliꝰ ẽ valoris: ſicut dic̃ apl's ad Epheſ. vj. Nõ ad oculũ ſeruiẽtes qſi hoĩbꝰ placẽtes: ſꝫ vt ſui xp̃i faciẽtes voluntatẽ dei ex aĩo cũ bona voluntate. Et nõ ſicut ille falſus ſeruus: de q̊ dr̃ ĩ legẽda ſctĩ appollinar̃: ꝙ ipe falſus xp̃ianꝰ fingebat ſe eẽ ſuũ xp̃i: ⁊ ponebat ſe in ſocietate bonoꝝ ⁊ ſctoꝝ fingẽdo exteriꝰ qð nõ erat interiꝰ: ſꝫ inſidiãs caute ſi in vita vl' ↄuerſatiõe xp̃ianoꝝ eẽt aliq̃d rep̃hẽſibile. qð btũs apollinaris p̄cepit prudẽter ⁊ dixit ſibi. O falſe ⁊ p̄uerſe ſerue diaboli: tu ad modũ ſerpẽtis ĩſidiãdo circũuolas ⁊ lates: vt xp̃ianos accuſes. qð ille audiens aufugit: ⁊ ad iudicẽ btm̃ appollinarẽ accuſauit ꝙ eẽt xp̃ianꝰ ⁊ ſeductor gẽtiũ: ⁊ fecit ipm̃ martyrizari. Et ille falſus ſeruꝰ miſerabilit̃ diabolo ſeruiẽs: vitã finiuit. Propter qð btũs Greg. ĩ homelia ſup̄ ezechielẽ ſic inq̃t. Nemo põt ĩ vna ⁊ eadẽ re ſeruire deo: atq; eiꝰ hoſtibꝰ gratꝰ exiſtere. Nã deo ſe amicũ denegat: q̃ eiꝰ placet inimico. hec ille. Et iõ ſeruꝰ fidelis ẽ q̃ toto corde: ⁊ tota aĩa: ⁊ affectu deo ſeruire intẽdit. Vñ btũs Berñ. Fidelis ſeruꝰ ẽ: q̃ eſt prudẽs in cõtẽplatione dei: ⁊ cuſtodia cordis ſui. de tali dr̃ mat. xxiiij. ⁊ Luce. xij. Btũs ille ſeruꝰ: quẽ cuꝫ venerit dñs: inuenerit ſic faciẽtẽ. Appet igit̃ tertia pars regule: ⁊ per conſequens tota regula preaſſumpta.

¶ Modo p̄dicta nr̃o ꝓpoſito applicãdo btĩ. N. p̄dicta tria p̄fecte cõpleuerunt.
Prĩo ſeruiert̃ deo hilarit̃ ſine turbatiõe.
Scðo ſeruierũt hũiliter ſine p̄ſumptiõe.
Tertio ſeruierũt fideliter ſine fictione.

¶ Prĩo dixi ꝙ ſuierũt deo hilariter. Rõ eſt. qr̃ dicit glo. Aug. ſup̄ illð. ij. Cor. ix. Nõ ex triſticia aut ex neceſſitate. Quicq̃d boni facis: cũ hilaritate fac ⁊ tũc bene facis. ſi aũt cũ triſticia facis: ſic de te nõ tu facis. h̃ ille. Qð vidẽtes btĩ. N. ⁊c. iõ hilariter ⁊ volũtarie dño ſeruierunt: vñ q̃libet eoꝝ poſuit in corde ſuo illð dictũ btĩ Berñ. Quid beatiꝰ ⁊ ſublimiꝰ: q̃ꝫ vt illi ſeruias: cui ſeruire regnare eſt. hec ille.

¶ Dixi ſcðo ꝙ ſeruierũt humiliter ⁊ ſine preſumptione. Et ratio eſt: qr̃ tot bñficia ſibi deꝰ dederat in corporis ⁊ aĩe creatione ꝙ hũiliter eẽt ei ſeruiendũ: cognoſcebãt iõ dic̃ btũs Ber. Quid iuſtiꝰ q̃ vt ſeruias ei: a quo creatꝰ es: et ſine quo nec eſſe potes: In hac creatione dedit deus homini maxima bona. ſcꝫ corpꝰ ⁊ aĩaꝫ ⁊ mũdũ. vñ Aug. Dedit tibi o hõ deus aĩam cũ viribus: corpꝰ cũ ſenſibus: mũdũ cũ cõtentis. hec ille. Si g̊ homo ſeruit hũiliter homini ꝓ dono viginti librarꝝ: multomagis hũiliter ſeruire dꝫ huic dño: q̃ tot et tãta nobis ↄtulit. ideo iſta conſiderãtes beati N. ⁊c. dic ſicut habes in eoꝝ legenda.

¶ Dixi tertio ꝙ ſeruierunt fideliter. Et rõ eſt: qr̃ dicit ſeneca in quadam ep̄la. Nihil retinet q̃ fidẽ perdit. q̃ ſine fide eſt: oĩ bono vacuus eſt. hec ille. vñ dr̃ Prouer. iiij. Omĩ cuſtodia ſerua cor tuũ. Iſta fecerũt btĩ. N. ⁊c. dic ⁊c. ¶ Ex antedictis igit̃ formetur rõ et cõcludat̃. igit̃ ſeruierunt domino cunctis diebus. que ſunt verba thematis. Ubi duo facit.
Primo oſtẽdit ꝙ hi ſctĩ non fuerũt ocioſi ſed laborauerũt pro ſua ſaluatiõe. quia ſeruierunt dño.
Secundo ꝙ hi ſancti fuerunt diligentes in ſui officij ↄtinuatiõe. qr̃ cũctꝭ diebꝰ.

¶ Quantũ ad p̄mũ et ſcðm ꝙ iſti ſeruierũt cũctꝭ diebꝰ dño: vt ꝓ p̄mio haberẽt ſaluationẽ. qr̃ Apoc. xxij. dr̃. Serui eius ſeruient illi: ⁊ videbũt faciẽ eius. q̃ viſio dic̃ btũs Augu. eſt tota merces. Seruitiũ em̃ qð ei impẽderũt beati. N. fuit bone op̄ationis inſtãtia. qr̃ Apoc. xix. ſcribit̃. Laudẽ dicite deo nr̃o oẽs ſancti eius: ⁊ qui timetis deũ puſilli et magni. Glo. interliniaris. Laudẽ dicere eſt bñ op̄ari. Naꝫ vt dicit beatꝰ Hieroñ. ſemp̄ aliq̃d boni operis facito: vt diabolꝰ te ĩueniat occupatũ. Laborare ergo dꝫ ſeruus xp̃i et op̄ari: ſed maxime ad conuerſionẽ aĩarũ: quia iſtud ſeruitiũ eſt deo valde acceptũ. vñ Grego. Nullũ oĩpotẽti tale ſacrificiũ offerri põt: quale eſt zelꝰ aĩarũ. Iõ circa h̃ beati. N. laborabãt et ſe occupabãt. Dic ſicut habes in hiſtoria. et fac finẽ. Deo grãs.

¶ De vno ſancto. Sermo.

Hic iuſtus eſt. Ezechiel. xviij. Pro nr̃i ſmonis introitu/ dat̃ talis regula ſiue p̄poſitio: ꝙ ille merito põt dici iuſtus: qui in ſe tres conditiones habet.
Quando docet clare doctrinã veritatis.
Qñ ſuſtinet v̄tuoſe moleſtiã aduerſitatꝭ.
Quando hꝫ continue v̄tutẽ humilitatꝭ.

¶ Prĩa clauſula ſic declarat̃. nã dic̃ beatꝰ Greg. in q̃dã homel. ꝙ plꝰ eſt v̄bi pabulo victurã ĩ p̄petuũ mẽtẽ reficere: q̃ᷓ moriture carnis eſuriẽ terreno pane ſatiare. hec ille. Cũ igr̃ dare elemoſynã: ⁊ reficere eſuriẽtẽ iuſtificet hoĩeꝫ. put dr̃ Tob. iiij. Elemoſyna ab oĩ pctõ: ⁊ a morte liberat. ⁊ etiã Luc. xj. dic̃ xp̃s. Date elemoſynã: et ecce oĩa mũda ſunt vob. igit̃ docere ⁊ inſtruere aliũ iuſtificat hoĩeꝫ: et fac̃ p̄fectũ. Hãc rõnem cõfirmat ille ſapiẽs ſalomon Prouer. x. Labia iuſti erudiũt plurimos. Exẽplũ habemꝰ Mat. xxij. de xp̃o q̃ fuit doctor ⁊ magr̃ veritatꝭ: quẽdmodũ iudei p̄hibuerũt ſibi teſtioniũ dicẽtes. Magiſter ſcimꝰ: qr̃ verax es: ⁊ viã dei ĩ v̄itate doces. Iõ ille cẽturio: q̃ eiꝰ doctrinã audierat: ⁊ viderat miracula q̃ op̄atꝰ fuerat: de eo ait. Vere h̃ hõ iuſtus erat. Luce. xxiij. Apparet igitur prima clauſula.

¶ Scða clauſula ſic declarat̃. nam hõ p̄fectus ⁊ iuſtꝰ ↄtumelias ⁊ iniurias ſuſtinet patiẽter. Iõ antiq̃ p̄hi circa hãc v̄tutẽ legunt̃ maxĩe ſtuduiſſe. Legit̃ em̃ in ꝓuerbijs p̄hoꝝ: ꝙ q̃dã p̄hs xenophõ nomine cuidã ſibi maledicẽti ait. tu didiciſti male dicere: ⁊ ego didici maledicta contẽnere. Legit̃ etiã ꝙ cũ olim p̄hie ſtudiũ floreret athenis: ſenex q̃dã ſedebat ĩ porticu ciuitatis: ⁊ qñ ſcholaris veniebat ad ſtudiũ: ſenex ille cõuicijs ꝓuocabat illũ: et ſi videbat ĩ eo ſignũ ĩpatiẽtie: nõ p̄mittebat eũ intrare: ſed tãq̃ ineptũ a ſtudio repellebat. Sic fac̃ deꝰ ſuis electꝭ multas ĩmittit tribulatiões: vt ſic p̄ v̄tutẽ patiẽtie mereant̃ ↄſeq̃ vitã eternã. Et cã eſt: qr̃ ſic virtus vaſis ꝓbat̃ p̄ feruorẽ fornacis: ſic et q̃lis ſit hõ p̄ virtutẽ patiẽtie ꝓbat̃. vñ et Eccl'i. xxvij. dr̃. Vaſa figuli ꝓbat fornax: ⁊ hoĩes iuſtos tẽtatio tribulatiõis ⁊ patiẽtia. Iõ dixit q̃dã v̄ſificator. Optĩa v̄tutũ patiẽtia ſit tibi ſcutũ: Nulla valet tm̃ virtus: patiẽtia quãtũ. Appet g̊ ꝙ qñ aliq̃s v̄tuoſe ⁊ patiẽter ſuſtinet mala ⁊ aduerſitates: tũc cognoſcit̃ ꝙ eſt p̄fectꝰ ⁊ iuſtus. Hãc ſniãꝫ ↄfirmat ille ſalomõ Prouer. c. xij. Nõ ↄtriſtabit iuſtũ q̃cq̃d ei acciderit. Exẽplũ habemꝰ. ij. li. Reg. c. xvj. de dð: q̃ a q̃dã de cognatiõe ſaul noĩe ſemei/ fuit vitup̄atus: ⁊ mittebat lapides ↄ eũ: ⁊ cũ ſerui dauid vellent eũ punire: noluit dð: ſed ait ad eos. q̃d mihi ⁊ vobis. dimittite eũ vt maledicat. Et cũ p̄ſeq̃ret̃ eum ſaul: volẽs eum interficere: patiẽter ſuſtinuit: etiã cũ multotiẽs potuiſſet ſaul ĩterficere noluit. Qð videns ſaul ait ad dð. Iuſtior tu es q̃ ego. tu em̃ tribuiſti mihi bona: ego autẽ reddidi tibi mala. j. Regũ. xxiiij. Apparet igit̃ ſecunda clauſula fore vera.

¶ Tertia clauſula ſic declarat̃. Illud ꝓpt̃ qð hõ magꝭ a deo p̄miat̃: ⁊ maiorẽ remunerationẽ meret̃: illud maxĩe hoĩeꝫ iuſtificat et reddit p̄fectũ: ſꝫ p̄ v̄tutẽ hũilitatꝭ hõ remunerat̃ a deo: qr̃ exaltat̃ in celeſti glia. nã vt dicit beatꝰ Grego. in regiſtro: tãto veriꝰ aſcẽdimꝰ: quãto ĩ valle lachrymarũ humiliꝰ ſubiacemꝰ. Hoc idẽ confirmat. b. Ber. di. Quãto hũilior ẽ cuiuſcũq; ↄſciẽtia: tãto altior ẽ illiꝰ vita. Hãc rõneꝫ ↄfirmat ille eccl'iaſticꝰ Eccl'i. xix. Eſt iuſtꝰ q̃ ſe nimiũ ſubmittit a multa humilitate. Exẽplũ habemꝰ Luc. xviij. vbi legr̃ ꝙ duo hoĩes aſcẽderũt in tẽplũ vt orarẽt: et vnꝰ orauit ſup̄be alios ſp̄nẽdo ita di. Deꝰ gratias ago tibi: qr̃ nõ ſum ſicut ceteri hoĩm iniuſti raptores adulteri ⁊c. q̃ſi dice. oẽs ſunt pctõres: ⁊ ego iuſtus. Alius aũt orauit hũiliter: ⁊ nõ audebat oculos ad celũ leuare: ſed p̄cutiẽdo pectꝰ ſuum dicebat. Deꝰ ꝓpitiꝰ eſto mihi pctõri. et iõ ſubiunxit xp̃s. Amẽ dico vobis: deſcẽdit hic iuſtificatꝰ in domũ ſuã ab illo. Apparet igr̃ tertia clauſula: ⁊ p̄ ↄñs tota rl'a p̄aſſũpta.

¶ Modo p̄dicta nr̃o ꝓpoſito applicãdo btũs. N. habuit p̄fectiſſime h̃ tria p̄dicta.
Primo docuit clare doctrinã veritatis.
ſcðo ſuſtinuit v̄tuoſe moleſtiã aduerſitatꝭ
Tertio habuit cõtinue v̄tutẽ humilitatꝭ.

¶ Primo dixi ꝙ doctrinã veritatꝭ docuit Rõ eſt. ille em̃ prudẽter ⁊ clare docet ſciẽtiã ſuã: qñ prodeſt auditoribꝰ: et eã intelligunt: qr̃ ſi nõ intelligerẽt: nihil p̄ficeret ⁊ ĩ vanũ doceret. Iõ dic̃ btũs Aug. Quid ꝓdeſt clauis aurea ſi ap̄ire nõ põt qð volumꝰ. ⁊ q̃d obeſt lignea ſi põt: cũ nihil q̃ramus niſi patere qð clauſum eſt. hec ille. Cũ igitur doctrina beati. N. habuit h̊ ꝙ fuit vtilis auditoribꝰ. qð patuit ex eo ꝙ multos ad fidẽ cõuertit. dic ſicut habemꝰ in eius legẽda ⁊c. apparet g̊ ꝙ doctrinã v̄itatis ipſe clare docuit: vt de eo merito ĩtelligat̃ illud Mat. xxj. Docebat eos de regno dei. Apparet igitur primũ.

¶ Scðo dixi ꝙ aduerſitates v̄tuoſe ſuſti-

nuit. Ratio eſt. deus enim ſeruos et ami⸗
cos ſuos in preſenti vita flagellat: ⁊ ꝑmit
tit flagellari: vt eos a pena eterna liberet
ita dicit apl's ad Heb. xij. Flagellat deus
omnem filium quem recipit. Et cauſa eſt:
quia videmus manifeſte: ꝙ illi qui ſunt
periculoſe infirmi: aliquotiens patiũtur
abſcindi manũ vel pedem: ideo ne totum
corpꝰ amittaꝛ. Sic viri ꝑfecti ſuſtinent ꝓ
xp̃o aduerſitates ⁊ tribulationes: vt vitã
eternã acq̃rant ⁊ poſſideãt: qꝛ vt dicit bea
tus Greg. mala q̃ nos hic ꝑmunt: ad deũ
ire cõpellunt. Et iõ btũs. N. volens penã
eternã vitare: et gloriã celeſtẽ acq̃rere: ſu⸗
ſtinuit ꝓ defenſione fidei libẽter tribula⸗
tiones. Hic tribulatiões et tormẽta q̃ ſuſti
nuit. Põt ḡ dicere illud v̾bũ ꝓbi Eleaza⸗
ri pro lege dei occiſi. ij. Machab. vj. Pro
pter amorem tuum libẽter hec patior. Ap
paret ergo ſecundum.

¶ Tertio dixi ꝙ virtutẽ humilitatis ipſe
habuit: iſtiꝰ mũdi vanitatẽ ⁊ ſupbiã cõtẽ
nẽdo. Rõ ẽ: qꝛ ſupbia tantũ nocet hoĩ: ꝙ
oĩa bona q̃ ſunt ĩ eo aufert. Ũn q̃dã verſi
ficator ſic dič. Si tibi grã: ſi ſapientia: for⸗
maq; detur: Deſtruit oĩa ſola ſupbia: ſi co
miteꝛ. Unde ſicut hoĩes cuſtodiũt ſe a la⸗
tronibꝰ: ne eos ſpoliẽt: ſic etiã debẽt caue
re a ſupbia: qꝛ vt dič btũs Aug. ĩ regula.
ſupbia v̾o etiã bonis opibꝰ inſidiaꝛ vt pe
reãt. Iõ btũs. N. fugit huiꝰ mũdi ſupbiã:
et tenuit humilitatẽ ac ſeruauit. Hic opa
hũilitat; q̃ fecit. vt merito poſſit dicere il
lud Mat. xj. Mitis ſum ⁊ humilis corde.
Ex antedictis igiꝛ. ſ. ex maiori ⁊ minori for
meꝛ rõ: ⁊ ꝯcludaꝛ. ḡ poſſumꝰ dicere ꝙ hic
iuſtꝰ ẽ. q̃ fuerũt v̾ba thematis. In q̃bus
duo oſtenduntur.

Primo ꝙ. N. habuit magnam dignitatẽ:
et ſingularem excellentiam. hic eſt.

Secundo ꝙ habuit ſpecialẽ ſanctitatẽ: ⁊
magnam mundiciam. iuſtus.

¶ Dixi primo ꝙ habuit magnã dignitatẽ
et ſingularẽ excellẽtiã. Rõ ẽ. ſm eñ ſapiẽ
tẽ Prouer. xxij. meliꝰ eſt nomẽ bonũ ꝙ di
uitie multe. ⁊ iõ plꝰ peccat q̃ aufert alicui
nomẽ ſuũ ⁊ famã: ꝙ diuitias. ⁊ d; vtrũq;
reſtituere ille q̃ abſtulit. Nõ eſt eñ multũ
cõmendari vel noĩari a malis. qꝛ nõ minꝰ
eſt: vt ait Seneca: laudari ob turpia: ꝙ a
turpibꝰ. Btũs aũt. N. fuit ĩ ſe ⁊ noĩatꝰ de
ſanctitate. ſ; a quo? certe a deo. Mat. xj.
Hic eſt de quo ſcriptũ eſt. Ecce ego mitto
angelũ meũ. qd̾ p; ⁊ tãgitur in hoc ꝓno⸗
mine demonſtratiuo. hic.

¶ Dixi ſcd̾o ꝙ habuit ſpecialẽ ſanctitatẽ
et magnã mũdiciã. iuſtꝰ. Dič btũs Greg.
in li. mora. ꝙ ſctĩtas eſt virtꝰ ꝑ quã opera
mur q̃ a deo ſunt iuſta. Idẽ dič Iſid̾. ſ. ety
mo. Ex q̃ apparet ꝙ ille q̃ iuſtꝰ eſt ſctĩtatẽ
h;: ⁊ ſil'r oẽm v̾tutẽ: qꝛ ꝑ oẽm v̾tutẽ hõ d̾r
iuſtꝰ: ſicut ꝑ fidẽ. ꝓpter patiẽtiã iuſtus. ⁊
ſic de alijs. Iõ dicit Ariſto. v. Ethi. ꝙ iu⸗
ſticia ẽ ꝑclariſſima virtutũ. qꝛ ꝓhibet oĩa
vitia: ⁊ ꝑcipit actꝰ virtutũ. iõ ſm iuſticiã
hõ d̾r iuſtꝰ: ſicut ab albedine albꝰ. Modo
btũs. N. vitia fugit: ⁊ virtutes acq̃ſiuit: iõ
merito põt dici iuſtꝰ: vt de eo intelligaꝛ il
lud Geñ. vj. de Noe ſcriptũ. Uir iuſtꝰ atq;
perfectꝰ fuit. Ut aũt meliꝰ ꝑdicta videat;
hiſtoriam ſuam vobis breuiter enarrabo.

Finitur ſermo. Deo gratias.

¶ Pro pluribꝰ ſctĩs. Iuſti ſunt apud deũ.

¶ Pro vna ſancta. Iuſta eſt.

Proſequere et applica ad ꝓpoſitũ tuum
ſm tenorem preſentis ſermonis.

¶ De vno ſancto. Sermo.

HOnore dignus
eſt. Heſter. vj. Reuerẽdi do
mini/ ꝑut docet experiẽtia
et hoc idẽ legiꝛ in ſacra ſcri
ptura: aliquis honoratur
propter tria.

Primo ſi eſt fortis et victorioſus.
Scd̾o ſi eſt ſapiens et ingenioſus.
Tertio ſi eſt fidelis et virtuoſus.

¶ Prima clauſula ſic declaraꝛ. ſm eñ va
litudinẽ ⁊ ꝓbitatẽ cordis/ vnuſquiſq; me
reꝛ honorẽ. vñ ſi aliq̃s ĩ bello ſtrenuus nõ
fuerit: neq; inimicũ vincere valuerit: non
mereꝛ vt habeat honorẽ debitũ victorie.
vñ dicit Hiero. in quadã epl'a. Non eſt di
gnũ vt inde exigas honorẽ: vnde refugis
laborẽ. hec ille. Sed per oppoſitũ quãdo
aduerſarius eſt victus: tũc ille qui eum vi
cit ⁊ ſuperauit: meretur coronari ⁊ hono⸗
rari: al's nõ. qꝛ vt dicit apl's. ij. ad Timo.
ij. Nõ coronabiꝛ niſi q̃ legitĩe certauerit.
Hoc ſeruabãt antiquitus romani: prout
narrat Hiero. in epl'a. xvij. Quãdo miles
de inimicis triũphabat: exhibebatur ſibi
q̃druplex honor q̃ñ redibat romã. Primꝰ
ꝙ oẽs deuictos ligatis manibꝰ retro du⸗
cebat. Scd̾s ꝙ ponebaꝛ ĩ cathedra aurea
ſup currũ quẽ trahebãt q̃ttuor equi albi.

Tertiusꝙ totus populus romanꝰ ei ob⸗
uiã exibat: et aſſociabat vſq; ad capitoliũ
et frangebaꝛ ſibi murus: nec permittebãt
ꝙ ꝑ portam intraret. Quartꝰ honor erat
ꝙ eũ induebãt veſte dei apollinis: q̃ erat
alba: ⁊ corona de lauro erat coronatus.
Exẽplũ habemꝰ etiã in ſacra ſcriptura. j.
Reg. xviij. vbi legiꝛ ꝙ cum dauid leonez
et vrſum interfeciſſet: ⁊ philiſteũ viciſſet:
ex hoc a populo iſrael multũ honoratꝰ et
cõmendatꝰ eſt: qꝛ mulieres cantãtes cum
intrabat vrbes: occurrebãt ei cum tympa
nis leticie: ⁊ in citharis: et precinebãt di⸗
centes. Saul ꝑcuſſit mille: et dauid decẽ
milia ⁊c. Et de illa ſctã vidua iudith ſcri⸗
biꝛ: ꝙ fuit valde honorata holoferne tru
cidato: vt p; Iudith. xiij. vñ ſibi dicebãt
Tu gloria hierl'm: tu leticia iſrael: tu ho⸗
norificẽtia populi nr̃i. eiuſdẽ. xv. c. Appa
ret igitur prima clauſula.

¶ Secunda clauſula ſic declaraꝛ. dič Ari
B ſtotel'. j. politič. ꝙ hoĩes intellectu vigẽ⸗
tes naturaliter ſunt alioꝝ dñi et rectores.
hoĩes autẽ robuſti corpore: et ĩtellectu de
ficiẽtes alioꝝ naturaliter ſunt ſerui. Cu;
igiꝛ per prudentiã et ſcientiã intellectus
noſter perficiaꝛ: quia vt dicit Ariſtoteles
in. iij. de aĩa. anima nr̃a in principio ſue
creationis eſt tãq̃ tabula raſa: in qua ni⸗
hil eſt depictũ. ideo apparet: cũ ſcientia
noſtrũ perficiat intellectum: ꝙ per ipſam
quis meretur honorari. Iſtud confirmat
Caſſiod̾. lib. viij. epl'aruz: vbi dicit. Iuſtũ
eſt vt ille q̃ eſt ſcientia ꝑditus: reddatur
honore reuerẽdus. Ita faciebãt antiqui.
narraꝛ in antiquis hiſtorijs ꝙ quidã rex
quendã philoſophũ honorificauit ꝓpter
ſuã ſapiẽtiã. Et dixerũt ſibi aliqui inuidi
tã vili ortũ proſapia/ ſic honorificas ⁊ ma
gnificas? Rñdit rex. qd̾ vituperare puta⸗
ris magis laudaꝛ. et adiunxit. roſa q̃ de
ſpinis orta eſt nequaq̃ blaſphemaꝛ. Hoc
etiã p; per exẽplũ ſacre ſcripture Danie.
ij. vbi legiꝛ: ꝙ poſtq̃ daniel interꝑtatus
fuit ſomniũ nabuchodonoſor regi de ſta⸗
tua illa quã viderat: rex Danielẽ in ſubli⸗
me extulit: ⁊ ei munera magna et multa
dedit: et conſtituit eũ principẽ ſup omes
ꝓuincias babylonis: ⁊ prefectũ et magi⸗
ſtrum ſuper cunctos ſapiẽtes babylonis.
Idem p; in ioſeph. Geñ. xlj. c. Apparet
igitur ſcd̾a clauſula.

¶ Tertia clauſula ſic declaraꝛ. dicit Tul⸗
lius. ij. lib. de beneficijs cap̃. v. ꝙ ille ho⸗
nore dignus eſt: q̃ alios virtutibus exce⸗
dit. q̃ illis vitijs caret: q̃bꝰ alij de facili nõ
reſiſtũt. hec ille. Et rõ eſt: qꝛ merces ⁊ pre
miũ boni et v̾tuoſi eſt gloria et honor. qꝛ
dicit pħs. viij. ethič. c. v. honor eſt exhibi
tio reuerentie/ in teſtimoniũ virtut;. hec
ille. qꝛ prout dicit ipſa veritas: dignꝰ eſt
operarius mercede ſua. Luč. x. Mõ mer
ces et premiũ hoĩs virtuoſi (prout dictũ
fuit) eſt honor: iõ tales debẽt honorari.
Ita p; per Chryſoſto. et recitaꝛ in decre
tis diſt. xlj. c. multi ſacerdotes. qui dicit.
ſuper illud Actuũ. xj. c. Erat vir bonus: ⁊
ſpũſancto plenus. ꝙ non qui maior fue⸗
rit in honore ĩter homĩes: ille eſt iuſtior:
ſed q̃ fuerit iuſtior ille eſt maior. Propter
qd̾ narrat btũs Auguſt. lib. v. de ciui. dei
cap̃. xij. ꝙ romani duo tẽpla fecerũt. ſcil;
honoris ⁊ v̾tutis: ſic adinuicẽ ordinata ⁊
coniuncta: ꝙ nullus poſſet intrare tẽplũ
honoris: niſi prius tẽplum virtutis trãſi
ret. In cuius ſignũ/ nullus apud eos re⸗
portabat honorẽ: niſi primũ per virtutes
aliquã meruiſſet tranſire: qꝛ via ad hono
rem eſt virtus. Ideo Sene. li. de carmini
bus dicit. In vita humana non diuturni
tas annoꝝ: ſed v̾tus morũ hoĩem reddit
dignũ honore. hec ille. Exẽplũ habemꝰ in
ſacra ſcriptura Heſter. vj. de mardocheo
iudeo: ꝙ ex hoc ꝙ fidelis fuit. ſ. regẽ aſue
rum preſeruando a morte: et ppl'm ſuum
iudeoꝝ diligendo: iõ poſt regẽ primus
ſup oẽs in toto regno honoratꝰ fuit. nam
fecit eũ aſuerus rex indui veſtibꝰ regijs: ⁊
imponi ſup equũ: q̃ de ſella regis erat: et
diadema regium ſuper caput eius poni.
et aman princeps militie regis tenebat
eũ per plateas ciuitatis ⁊ incedẽs clama
bat. Hoc honore dignus eſt: quẽcũq; vo⸗
luerit rex honorare. Apparet ergo tertia
clauſula: ⁊ ꝑ ꝯñs tota regula ꝑaſſumpta.

¶ Modo predicta noſtro ꝓpoſito appli⸗
cando beatꝰ. N. habuit perfectiſſime pre
dicta tria. videl;

Magnã fortitudinẽ et potentiam.
Magnã diſcretionẽ et ſapientiã.
Magnam virtutis abundãtiam.

¶ Primo dico ꝙ fuit fortis ⁊ valẽs ad ex
pugnandũ inimicos fidei: et ſuſtinendu;
tribulatiões. Et rõ eſt. nihil eſt qd̾ faciat
hoĩem ita fortem ad ſuſtinendũ aduerſa
ſicut charitas vel amor. Cantič. viij. For

tis eſt vt mors dilectio. quia propter dei
dilectionē contēnit hō mortē: vt fecerūt
ſancti martyres. nā hanc virtutē nihil de
mūdo pōt vincere. vñ Seneca. Amor dei
contra omnia te armabit. oīa eñ ſeua et
immania facilia et ꝓpe nulla facit amor.
vt dicit Aug. Modo btūs. N. habuit iſtā
virtutē: q2 nec multitudo hoīm: nec tor⸗
menta varia: nec horrēdi carceres/ potue
runt ipſum amouere: vel elongare a cha⸗
ritate xpi. ideo oīa contēpſit ⁊ ſuperauit.
Hic tribulationes q̄s ſuſtinuit ⁊c. vt nos
poſſimus dicere illud Sap. x. Certamen
forte dedit illi vt vinceret.

¶ Secundo dixi ꝙ fuit prudēs vel ſapiēs
Ratio eſt. ſm eñ doctores duplex eſt ſa⸗
piētia. ſcꝫ terrena: ⁊ celeſtis. et inter iſtas
eſt talis dr̄ia: qualis eſt inter lumē ignis
et ſtellarū. Nā lumen ignis cōſumit ma⸗
teriā in qua eſt: et quā tāgit: ſicut ceram/
oleum/ lignū: et finaliter tamē extinguit
cū exhalatione fumi ⁊ fetoris: ſed lumen
ſtellarū non ſic. Reuera ſapientia terrena
cōſumit in corpe in quo eſt: oēm deuotio
nem ad deū: et compaſſionē ad ꝓximum.
de pma dicit apl's ad Rom. viij. Pruden
tia carnis mors eſt. de ſcda vo dr Prouer.
xiiij. Sapiens timet ⁊ declinat a malo.
Modo beatꝰ iſte. N. primā ſapientiā nō
habuit: quia dānoſa eſt. ſed ſcdaꝫ habuit
quia dr de eo Eccli. xv. Adimpleuit eum
dñs ſpū ſapiētie et intellectꝰ. et ideo mul
tos in tenebris infidelitatis errātes illu
minauit: eos ad veritatē fidei reducēdo.
Hic ſicut habes in legēda. merito ergo de
eo poſſumꝰ dicere illud. iij. Reg. iiij. Erat
ſapientior cunctis hominibus.

¶ Tertio dixi ꝙ fuit fidelis et virtuoſus:
qd̄ probat̄ ſic. homo eñ non dr bonꝰ niſi
a bona voluntate. ſic nec virtuoſus niſi a
vtute. ſed ſm Auicēnā volūtas eſt bona
a bono qd̄ diligit. vñ dic̄ Hugo de ſancto
victore. Ea vis amor eſt: vt talē te eſſe ne
ceſſe ſit: quale eſt illud qd̄ amas. ergo qui
diligit bonū bonꝰ eſt. qui aūt diligit ma⸗
lū: talem ſe facere ꝓ poſſe opatur. q2 vt di
cit btūs Aug. Amor eſt vis vnitiua ꝯiun⸗
gens amātē cū amato. Cū ergo btūs. N.
xpm dilexerit: qui eſt ſumme bonꝰ. quod
pꝫ per hoc ꝙ oīa mundana ꝓpter ipſuꝫ
dimiſit: et ſancte vixit: iō apparet ꝙ fuit
bonus et virtuoſus. Hic qualiter et quid
predicauit ⁊ docuit verbo et exēplo; ſicut
in eius legenda. Propter qd̄ de eo poteſt
dici illud Mat. xxij. Magiſter ſcimus q2
verax es: et viā dei in veritate doces.

¶ Modo igitur ſic formetur ratio ex ma⸗
iori et minori: et cōcludat̄ thema. ꝙ bea⸗
tus. N. honore dignus eſt. qd̄ fuit thema.
In quibus verbis duo oſtēdunt̄.
Primū ex parte chriſti.
Secundum ex parte huius ſancti. N.
Primo ex parte xpi notatur exhibitio ex⸗
cellētis premij: q̄ iſtū ſanctū honorauit
quia dicit. honore.
Secūdo ex parte ipſius: meriti magnitu⸗
do. q2 dicit: dignus eſt.

¶ Quantū ad primū ſciendū ꝙ xp̄s btō
N. dedit ꝓ hereditate honorꝫ excellentiā
Ratio eſt. dicit eñ phus. j. Ethicoꝝ. c. ij.
ꝙ honor magis eſt in honorante q̄ in ho
norato. pꝫ ſic. q2 ſi duo eq̄les ſint in boni⸗
tate: ⁊ alter honoret̄ a rege: ⁊ alter a ruſti
co: amplꝰ honorat̄ quē rex honorat: ⁊ ita
totꝰ honor depēdet ab honorāte. Modo
ſic eſt ꝙ homo pōt honorari a deo ⁊ mun
do. honor mūdi eſt impfectꝰ ſicut ipe mū⸗
dus: iō nec honor ꝓprie eſt dicēdus: iō di
cit btūs Aug. O hoīes vt q̄d honores q̄⸗
ritis ī hac valle miſerie: q̄s aūt honor pōt
eſſe miſeris exhibitꝰ: ſꝫ honor a deo eſt ve
rus ⁊ eternꝰ. hec ille. Cōſiderans ꝙ btūs
N. ꝙ impfectꝰ ſit honor iſtiꝰ mūdi: q̄ car⸗
ni tm̄mō exhibet̄: iō ipm contēpſit: ſꝫ ho
norē aīe q̄ſiuit: q̄ pfectꝰ ⁊ abſq3 labore eſt
exhibitꝰ a rege celeſti ⁊ a curia ſua. ⁊ eccle
ſia q̄ honore magno ꝑ totū mūdū ipꝫ ho⸗
norat: ⁊ de ipſo ſolēnizat. oēs eū diligūt.
oēs ꝑ eū bñficia expectāt. oēs bonū ipm
credūt. ⁊ ita ab oībꝰ cōit̄ honorat̄. Et ecce
quā hereditatē deꝰ ſibi dedit: q2 dotauit
illū honore: vt merito de ipſo poſſit dici
illud. iiij. Reg. v. Erat vir magnꝰ apud
dñm ſuū ⁊ honoratꝰ. Nota h̄ ſi vis hiſto⸗
riā de honore exhibito mardocheo Heſter
vj. c. ⁊ applica huic ſancto.

¶ Dixi ſcdo ꝙ ex eo ꝙ fuit in perfectione
ſingularis: ſatis ſibi debebat̄. q2 dignus
eſt. Et rō eſt. deꝰ eñ ſic ſapiens ⁊ iuſtꝰ eſt:
ꝙ neq̄q̄ honorat niſi dignū: ⁊ ſm exigen
tiā meriti ⁊ pſone ipm pmiat ⁊ honorat.
Apoc. v. Dignꝰ eſt agnꝰ q̄ occiſus eſt: acci
pere honorē ⁊ gl'iam ⁊ bñdictionēꝫ. Mō
dignū eſt vt ille honoret̄ ab illo: cui ipſe
impēdit ſeruitiū. ſic q̄n dñs honorat ſer⸗
uum ꝓpter exhibitū ſibi ſeruitiū. ⁊ q2 ni⸗

hil hꝫ hō de quo poſſit ſeruire: niſi de eo
qd̄ ab eo recepit: Recepit aūt hō tria. ſ.
aīam: corpꝰ: ⁊ res corpales: vel tpales. iō
btūs iſte. N. de iſtis tribus ei ſeruiuit. ſ.
xpo. Primo de corde ⁊ aīa: q2 ipm ſup oīa
dilexit: ⁊ pluſq3 vitā: q2 ꝓ eo ſuſtinuit tor
mēta: ⁊ pdidit vitā. Scdo de corpore: q2
corpꝰ multis laboribꝰ expoſuit: ⁊ a pctō
cuſtodiuit. Tertio de rebꝰ tpalibus: q2 tē⸗
poralia ꝓpter eū cōtēpſit. iō apparet ꝙ
dignꝰ eſt honore: vt de ipō merito poſſit
dici illud ad Hebreos. iij. Amplioris gl'ie
iſte p̄ moyſe dignꝰ habitꝰ ē: q̄nto amplio
rē honorē hꝫ. Cōpletū eñ eſt ī eo illō. pſ.
viij. Gl'ia ⁊ honore coronaſti eum ⁊c. ſ. in
eterna retributione. quā nobis ⁊c.

¶ De vno confeſſore pōtifice. Sermo.

Elegit eū ex om⸗
ni carne. Eccli. xlv. Iuxta
ſcripture vitatē: ⁊ ſanctoꝝ
doctorū autoritateꝫ: decla
rabitur talis regula ſiue
ꝓpoſitio: ꝙ tria ſunt ſigna diuine electio
nis: ꝓpter que aliquis eligitur a deo in
pontificem ſeu prelatum.
Primo ſi eſt diſcretus ⁊ ſcit ignorātes in⸗
ſtruere.
Secundo ſi eſt humilis ⁊ ſcit ſuperbiam
fugere.
Tertio ſi eſt perfectus ⁊ conſueuit exem⸗
plariter viuere.

¶ Dico primo ꝙ aliquis meretur eligi: et
illum deus eligit: ex eo ꝙ eſt diſcretus et
ſcit ignorantes inſtruere. Ratio eſt: q2 ne
ceſſe eſt vt prelatus vl' iudex ſit ſapiēs ta
liter vt ſciat ſeipſum et alios dirigere et
gubernare prouide. alioquin non erit ſub
ditis vtilis ad informandum eos contra
peccata et circūſtantias. ideo volunt iu⸗
ra: vt habetur in decretis. j. q. iij. cap̄. ex
multis. ꝙ non eligantur in domo dñi qui
maiores ſacculos pecunie conferant: ſed
illi qui moribus et diſciplina atq3 ſcien⸗
tia diuites pro officio ſuo ipſam valeant
ſuſtentare eccleſiam. Et circa iſtam obſer
uationem bene obſeruabant antiquitus
ſapientes. Narrat valerius lib. vj. de cor⸗
nelio ſcipiōe: ꝙ cum ſibi offerretur hiſpa
nia ad regendum, Reſpōdit ſe nolle illuc
ire. ⁊ addidit cauſam: quia recte illud fa⸗
cere neſciret. et ideo foret inutilis ad re⸗
gendum. Tales igitur prohibentur qui
ſunt ignorantes: ne alios regant. quia ta
les a deo non eliguntur: ſed reprobantur
vnde Oſee. iiij. cap̄. dicit dominus. Quia
tu ſcientiam repuliſti: repellam te ne ſa⸗
cerdotio fungaris mihi. Sed per oppoſi
tum viros prudentes et ſciētes alios in⸗
ſtruere: et regere ſibi populum cōmiſſuꝫ.
tales eligit dominus. Exemplum de aa⸗
ron de quo legitur Eccli. xlv. Ipſum ele⸗
git ab omni viuente offerre ſacrificium
deo: incenſum et bonum odorem: memo⸗
riam placare pro populo. Et dedit illi in
preceptis ſuis poteſtatem: in teſtamen⸗
tis iudiciorum: docere iacob teſtimonia:
et in lege ſua lucem dare iſrael. Apparet
igitur pmum.

¶ Secūdo dixi ꝙ aliquis meretur eligi a
deo ꝓpter virtuteꝫ humilitatis. qd̄ ſic de
clarat̄. deus eñ ſuperbos non eligit: ſed
reprobat. quia dr Iudith. ix. Nec ſuperbi
ab initio placuerūt tibi. Ita habemꝰ exē
plum de illo Ozia rege. ij. paral'. xxvj. qui
neglexit dñꝫ deū ſuū: ingreſſuſq3 templū
dñi/ accepit thuribulū in manu vt adole⸗
ret incenſum: ⁊ ſtatim orta eſt lepra ī frō
te eius (q2 ex ſua ſuperbia officiū ſacer⸗
dotis vſurpauit.) Sed per oppoſitū deꝰ
humiles eligit et diligit. j. Coꝝ. j. Igno⸗
bilia mundi et ꝯtemptibilia elegit deus.
In exemplū huius legit̄. j. Reg. xv. ꝙ di
xit ſamuel ad ſaul. Nōne cū paruulus eſ⸗
ſes in oculis tuis: caput in tribubus iſrl'
factꝰ es. Vnxitq3 te dñs ī regē ſup iſrael.
Bene dixit ſamuel ad populū quando pe
tebat regē. j. Reg. x. et cum ſaul ſtaret in
medio popl'i et altior fuit vniuerſo popu
lo ab humero ⁊ ſurſuꝫ. Certe videtis quē
elegit dñs: q̄m non ſit ſimilis illi in omī
populo. Et hoc quantū ad ſecundū.

¶ Tertio dixi ꝙ aliquis eligi meretur: et
eligit̄ a dño (vel a deo) ex eo ꝙ eſt perfe⸗
ctus. Ratio eſt. q2 officium prelati vel iu⸗
dicis eſt peccata ſubditoꝝ reprehendere:
q2 dicit Iſidorus in lib. de ſummo bono:
ꝙ prelati iniquitate ſubditorum mentes
damnant: ſi eos vel ignorantes non eru⸗
diant: vel peccātes nō corrigāt. vñ talibꝰ
dic̄ dñs illō. iij. Reg. xx. Cuſtodi virū iſtū:
q̄ ſi lapſus fuerit; erit aīa tua ꝓ aīa eius:

Ideo ſi ipſe non̄ ſit bone fame/et bone vi
te:vt ita valeat ſubditos reprehendere: ⁊
retrahere a pctō:et ſi nō poſſit: debet eoꝝ
dimittere prelaturā. Sic enim fecit mālí-
us:de quo Ualerius li. vj. narrat. ꝙ cum
romani ei conſulatū offerrēt:⁊ inſtarēt ꝙ
eū acciperēt:ipſe cunctis ait. Aliquē volē
tem querite in quē hūc honorē deferatis.
nam ſi eum me ferre cogatis:nec ego mo-
res veſtros ferre:nec vos meū perpeti po
teritis imperiū. Sic fecit etiā btūs bn̄di-
ctus:qui cū eligeret ait. Mores eoꝝ ⁊ ſu-
os nō poſſe cōuenire: et cū intelligeret ꝙ
de morte eius/ poſt electionem tractarēt.
Fratres ait:miſereat̄ veſtri deus. ⁊ ſic eos
dimiſit. Ex predictis ergo apparet: ꝙ ille
qui eligitur:debet habere ſanctitatē vite:
vt ſic per bonū exemplū ſubditos ad bene
agendū inſtruat:⁊ a malo retrahat. ⁊ hoc
eſt qȯ dicit beatus Hiero. et notat̄ in de-
cretis. viij.q.j.c. moyſes. Moyſes amicꝰ
dei:cui facie ad faciē deus locutus eſt:po
tuiſſet ſucceſſores principatꝰ ſui/ filios ſu
os facere:⁊ poſteris propriā relinquere di
gnitatē:ſed extraneus de alia tribu eligit̄
ioſue:vt ſciremus principatum in populo
nō ſanguini:ſed ſanctitati vite eſſe deferē
dum. Exēplū habemus. j. Reg. xvj. vbi le
gitur ꝙ cū ſamuel vellet eligere de māda
to dn̄i regē ſuper iſrael: dixit ſibi deꝰ. Ne
reſpicias vultū eiꝰ:neq̄ȝ altitudinē ſtatu-
re eius ⁊c̄. quia nō iuxta intuitū hoīs ego
iudico. Et preſentatis ſibi ſeptē filijs iſai:
ait. Nō hos elegit dn̄s. Adducto aūt corā
eo dauid : qui alios pfectione excellebat:
dixit ei deus. ſurge vnge eū. vn̄ dr̄ Nume-
ri. xvj. Quecūq̄ȝ dn̄s elegerit:ipē erit ſan-
ctus. Apparet ergo tertiū:⁊ per cōſequēs
tota regula preaſſumpta. ¶ Modo predi-
cta oīa noſtro ꝓpoſito applicādo/habuit
iſte. N. pfectiſſime iſta tria. Habuit em̄

Scientiam veritatis.
Uirtutem humilitatis.
Uitam ſancte honeſtatis.

¶ Dico primo ꝙ habuit ſciētiā veritatis.
eſt illa ignorātes docere: et abſtrahere ab
oī pctō. Non docuit ſcientias gētiliū:nec
mundanas:aut fabuloſas.
¶ Scd̄o dixi ꝙ habuit virtutē humilita-
tis. Ratio eſt. Uidemus manifeſte ꝙ ſm̄
motū ſuperioꝝ inferiora mouentur. ſicut
planete ab oriēte in occidentē ferūtur mo
tu firmamenti. ſimiliter oīa mēbra corpo-
ris cordi ſubdūtur. Cū igitur deus ſit ma
ior: et dn̄s oīm creaturarū:⁊ ipē fuerit hu
milis:et nobis dederit exēplum humilita
tis: vt ptȝ Mat. xj. Diſcite a me:qꝛ mitis
ſum ⁊ humilis corde. iō btūs. N. volēs ip
ſum imitari:fuit humilis. dic ſicut habes
in eius legēda ſigna humilitatis. propter
qȯ ipē pōt dicere illud pſ̄. cxiiij. Propter
quod humiliatus ſum et liberauit me.
¶ Tertio dixi ꝙ tenuit viā ſanctatis et p-
fectionis. Ratio eſt. nihil eſt qȯ faciat ho
minē ita perfectū ⁊ ſanctū ſicut charitas.
ad Ephe. j. Elegit nos ante mūdi cōſtitu-
tionē. glo. predeſtinādo. vt eſſemus ſcti et
immaculati in conſpectu eiꝰ in charitate:
glo: i. per charitatē dei : qꝛ amor dei facit
hoc. qꝛ vt dicit Augu. in quodā ſermone.
Charitas eſt radix oīm bonoꝝ. Mō bea-
tus. N. habuit perfectā charitatē dei : qꝛ
ipſe eius amore ſuſtinuit paſſiones ⁊c̄. et
mundū cōtēpſit. iō apparet ꝙ ſanctus et
pfectus fuit. iō pōt dicere illud Prouerb.
xx. Mundū eſt cor meū:purus ſum a pec-
cato. Patȝ ergo ex dictis ꝙ elegit eū dn̄s
ex omni carne. que ſunt verba mei thema
tis. In quibus duo oſtenduntur.
Primo ꝙ adeptus eſt ſingularē dignita-
tē in ſua cōditione:qꝛ elegit eum.
Scd̄o ꝙ fuit exemplar ſanctitatis in ſua
perfectione. ex omni carne.
¶ Quantū ad primū et ſcd̄m inſimul: cir-
ca qȯ eſt aduertendū: ꝙ iſta eſt dr̄ia inter
iudiciū diuinum ⁊ humanū:ꝙ deus iudi
cat per interiora/⁊ ſic recte: ſed hoīes per
exteriora:et ſic aliquotiēs non recte:quia
multi de alijs non ſm̄ merita virtutū:ſed
ſm̄ affectionē: iō frequēter eligūt minus
idoneos:⁊ dimittūt meliores:figurati. iij.
Reg. j. per illos qui iuuabāt partes ado
nie:et nō ſalomonē: qui in cūctis fuit me
lior adonia. Sic multi frequenter eligunt
minus idoneos moti affectione inordina
ta. qꝛ vt dicit Sene. tūc perdit̄ iudiciū:cū
res tranſit in affectū. Sed deus nō elegit
niſi purū ſanctū et dignū:vt ſuperiꝰ dictū
fuit. In hoc em̄ ꝙ xp̄s beatū. N. elegerit:
oſtenditur ſua dignitas. ideo de eo poſſu-
mus dicere illud pſ̄. lxiiij. Beatus quē ele
giſti:et aſſumpſiſti:habitabit in atrijs tu-
is. ſ. in gloria paradiſi. Ad quam gloriam
nos perducat xp̄s. Amen.
¶ Pro vno confeſſore pontifice. vel dn̄ica
xxiiij. poſt trinitatem. Sermo

A Ece p̃nceps vnꝰ
Mat. ix. Reuerēdi dn̄i ꝓut
in ſacra ſcriptura recitat̄: ⁊
hoc idē ꝑ doctores ꝯfirma
tur:aliquis pōt dici eē prin
ceps merito: et ſimilis principi qn̄ habet
in ſe tres conditiones. videlȝ

Si habet ſciētiam:qua ſciat populum gu
bernare.
Si habet iuſticiam:qua poſſit maleficos
emendare.
Si fugit auariciam: et ſcit ſua liberaliter
erogare.

¶ Prima clauſula ſic declaratur. dicit que
dā glo. ſup illud Sap. vj. Cōcupiſcentia
ſapiētie deducit ad regnum perpetuū. qꝛ
tūc bene regit̄ reſpublica: cū phi regnāt:
et reges philoſophant̄. Et rationē reddit
ille Uegetiꝰ in lib. de re militari:qui dicit
Nullus eſt quē oporteat vel plura vel me
liora ſcire:ꝙ principē:cuiꝰ doctrina dȝ oī
bus ꝓdeſſe ſubditis. Iō dicit Ariſto. in li
bro topic̄. ꝙ nemo eligit iuuenes duces:
eo ꝙ nō cōſtat illos eſſe prudētes. qm̄ rex
ſapiēs populi ſtabilimentū eſt. vt dicitur
Sap. vj. Un̄ legit̄ in hiſtorijs romanorū:
ꝙ rex romanus amicabiliter ſcribēs regi
francoꝝ hortatꝰ eſt eū vt filios ſuos libe-
ralibus diſciplinis inſtrui procuraret: di.
ꝙ rex illitteratꝰ eſt q̄ſi aſinus coronatus.
De hoc habemꝰ exēplū in ſacra ſcriptura
Deut̄. j. vbi legit̄:cū populꝰ iſrael iret per
deſertū:⁊ trāſiret iordanē: ac totā illā ter
rā ſubiugaſſet: dixit moyſes ad pplm̄. qꝛ
dn̄s deꝰ veſter multiplicauit vos: et eſtis
hodie ſicut ſtelle celi/plurimi:qꝛ nō valeo
ſolꝰ negocia vr̄a ſuſtinere et pōdus ⁊ iur-
gia: date ex vobis viros ſapientes ⁊ gna-
ros:quoꝝ cōuerſatio ſit ꝓbata in tribubꝰ
veſtris:vt ponā eos vobis principes. Ap
paret igitur prima clauſula.
¶ Scd̄a ſic declarat̄. Sap. j. habet̄. Dili-
gite iuſticiā q̄ iudicatis terrā. Ex quo ptȝ
ꝙ princeps debet eſſe iuſtus. et hoc nulli
qȯ ſuū eſt auferēdo: nec auferri permittē-
do:furta cohibēdo:⁊ mala puniēdo. qꝛ vt
dicit Hiero. ſup Hieremiā: ⁊ recitat̄ in de
cretis. xxiij. q. v. c. regū. Regum officiū eſt
propriū facere iudiciū atq̄ȝ iuſticiam:⁊ li-
berare de manu calūniātiū vi oppreſſos:
et peregrinos pupilliſq̄ȝ ⁊ viduis:qui fa-
cilius opprimuntur a potentibus:prebe-
re auxiliū. hec ille. Talis erat ille traianꝰ
princeps romanoꝝ:de quo legit̄ ꝙ cū fili-
us ſuus indomitū equū equitaret: cū pe-
dibus equi filiū cuiuſdā vidue paupcule
interfecit. iō eidē vidue ſibi cōquerenti fi
liū ſuū ꝓ filio illiꝰ vidue mortuo dedit:vt
ſibi ſeruiret loco illius. De hoc habemus
exēplū. ij. Paral̄. xix. vbi legit̄/ ꝙ cū ioſa-
phat rex iuda veniſſet ī hierl̄m:ꝯſtituit ibi
iudices ⁊ principes terre: dicēs ⁊ p̄cipiēs
eis. Uidete q̄d faciatis. nō em̄ hoīs exerce
tis iudiciū:ſed dn̄i:et quodcūq̄ȝ iudicaue
ritis:in vos redūdabit. Sit timor dn̄i vo
biſcū:et cum diligētia cūcta facite. Nō eſt
em̄ apud dn̄m deū noſtrū iniquitas: neq̄ȝ
perſonarū acceptio. Apparet igitur ſecun
da clauſula.
¶ Tertia clauſula ſic declarat̄. p̃nceps em̄
dȝ oībus ꝓdeſſe:⁊ dȝ eſſe oībus amabilis:
ideo opȝ ꝙ ſit largus et liberalis. qꝛ dicit̄
Prouer. xix. Diuitie erogate addent ami-
cos plurimos. Et vt dicit Tullius li. ij. de
officijs. c. xviij. Largitas facit eē p̃ncipes
amabiles/et famoſos/et claros. Talis le
gitur fuiſſe ille titus imperator romanoꝝ:
prout legit̄ in policrato lib. iij. c. xiiij. qui
ſibi ſtatuerat ne accedētē ad eū gratia po
ſtulādi/ſine re vel ſine ſpe habendi dimit-
teret. Et interrogatꝰ ab inimicis cur plu-
rima pollicitaret̄ ꝙ preſtare poſſet. Rn̄dit
qꝛ nō decet quēq̄ a ſermone principis tri
ſtem diſcedere. Etiā quodam die recorda-
tus ꝙ tota illa die nihil dediſſet: gemens
dixit. O amici hūc diē perdidi. Et de hoc
etiā habemus exēplū Exo. xviij. vbi legit̄/
ꝙ Ietro cognatꝰ moyſi vidēs ꝙ nō pote-
rat ſuſtinere moyſes ſolus ad iudicanduȝ
populū:dedit ſibi cōſiliū vtile dicens. pro
uide de oī plebe viros ſapiētes (al's potē
tes) glo. i. ſapientes. ecce primū. timētes
deū:in quibꝰ ſit veritas. ecce ſcd̄m. et qui
oderint auariciā. ecce tertiū. et cōſtitue ex
eis tribunos ⁊ centuriones et quinquage
narios:et decanos:qui iudicēt populū oī
tempore. glo. principes appellauit tribu-
nos. Apparet tertia clauſula:et ꝑ ꝯn̄s to-
ta regula preaſſumpta.
¶ Modo predicta noſtro propoſito appli- B
cando:beatus. N. habuit predictas prin-
cipis tres excellentias. videlȝ
Primo ſcientiam veritatis.
Scd̄o iuſticiam equalitatis.
Tertio frequentiam liberalitatis.

¶ Primo dico ꝙ habuit perfecte ſciētiam cū qua populū xpianū inſtruxit. Quod ſic declarať. dr Eccli. xxxvij. Vir ſapiēs plebē ſuā erudit. vbi dic̄ glo. rector erudit plebē ſibi cōmiſſam ꝟbo ⁊ exēplo. Et fuit eiꝰ predicatio laudabilis. q2 dr Prouer. j. Audiens ſapiēs ſapiētior erit. Btūs. N. ꝑdicauit alijs virtutem ſacre ſcripture: ⁊ in fide xpiana inſtruxit multos: ⁊ ꝯuertit ⁊c̄. Dic ſicut habes in eius legēda. iō pōt figurari per dauid de quo. ij. Regū. xxiij. Dauid ſedēs in cathedra ſapientiſſimus. Per dauid ꝗ manufortis dr: intelligiť btūs. N. ꝗ fortiter cū infidelibus diſputauit. legerat em̄ illud verbū dicētis. Sapientia eſt non eloquia dei ſcire: ſed ſm̄ eloquia dei viuere.

¶ Scdo dixi ꝙ fuit ī eo iuſticia. Qđ ſic declarať. glo. ſup illo verbo Mat. v. Btī qui eſuriunt ⁊ ſitiūt iuſticiā. dicit ſic. Juſticia eſt reddere vnicuiq3 qđ ſuū eſt. ſ. proximo pietatē: ſubiectionē ꝟo deo. Ex quo apparet ꝙ iuſticia conſiſtit primo in hoc ꝙ reddamus pietatem et miam primo. ita dicitur Prouer. xi. Semināti iuſticiā merces fidelis. ſemināti iuſticiā. i. miam pauperi tribuenti dabiť merces fidelis. glo. i. in celis retributio eterna. Hāc habuit beatus N. ſicut p3 in eius legenda ⁊c̄. Et ſic poſſumus de eo dicere illud pſ. cxi. Diſpſit dedit pauperibus: iuſticia eius manet in ſeculū ſeculi. Scdo dixi ꝙ iuſticia cōſiſtit in hoc ꝙ reddamus deo ſubiectionem ⁊ obedientiā. de hoc dr. ij. Macha. ix. Juſtū eſt ſubditū eſſe deo. Hanc iuſticiā habuit. N. q2 nō ſolū ſeruauit mādata: immo etiā et xpi cōſilia: iō potuit dicere illud Prouer. viij. Jn vijs iuſticie ambulo. Apparet ergo ſcdm. ſ. qualiter btūs. N. fuit iuſtus: et que iuſticia in eo fuit quoad proximum: ⁊ quoad deum.

¶ Tertio dixi ꝙ habuit liberalitatē: et fugit auariciā. Qđ ſic declarať. Sene. in li. de beneficijs dicit ſic. Nō eſt liberalis aliquis ex hoc ꝙ aliquid ſibiipſi donat. Ergo per oppoſitū ex hoc aliqs dr liberalis: qui ſua alijs donat. Et iō q2 liberalitas eſt pncipiū dationis: non ptinet ad liberalē: ꝙ ſit prōptus ad recipiēdū: et multo minus ad petēdū. q2 vt dicit phs in. iiij. ethicoꝝ. ad liberalē pertinet eſſe emiſſiuū. Vn̄ etiam bene liberalitas alio noīe largitas nominať. q2 largū nō eſt retētiuū: ſed emiſſiuū. Modo beatus. N. oīa bona ſua diſtribuit ⁊ cōicauit. q2 bona tpalia pauperibꝰ erogauit. corpus ſuū ꝓ xpo pnīe et laboribus ac pſecutionibꝰ expoſuit. Dic ſicut habes in eius legenda. Apparet ergo ꝙ fuit liberalis. merito ergo pōt dicere illud Johā. xvij. Oīa ꝗ dediſti mihi dedi eis. Concludamus ergo ſic introductionē. Habēs in ſe pncipis cōditiones: d3 princeps appellari: ſed btūs. N. habuit in ſe tria ꝑdicta principi conueniētia. ergo nō immerito dicit thema de eo. Ecce princeps vnus. Jn quibus verbis duo notantur.

Primo ꝙ deus contulit ſibi excellentē dignitatem: quia dicit. princeps.

Secūdo ꝙ ipſe habuit cū deo gratioſam vnitatem: quia dicit. vnus.

¶ Quātum ad primū eſt ſciēdū ꝙ ſubditi debent defendi ꝑ dn̄m vel principē. Et rō eſt. q2 dicit btūs Amb. in li. de officijs / ꝙ ille ꝗ defendēdo nō repellit iniuriā proximi ſui ſi pōt: in pctō eſt: ſicut ille ꝗ facit iniuriā. et poniť expreſſe in decretis. xxiij. q. iij. c. nō inferēda: Nō inferēda: ſed depellēda iniuria lex virtutis eſt. ⁊ ſequitur. Qui em̄ nō repellit a ſocio iniuriā ſi pōt: tā eſt in vitio: ꝙ̄ ille ꝗ facit. Et huius figurā ponit decretū allegatū de moyſe: qui cum vidiſſet quēdam hebreū manifeſte ſuſtinere magnā iniuriam a quodā egyptio: qui nō erat de lege ſua: nolēs illā ſuſtinere: ſtati3 interfecit illū. Et ecce ꝗd ex hoc fuit ſecutū. ꝙ dn̄s vidēs ꝙ moyſes ita zelare cepiſſet ꝓ pplo ſuo: ⁊ ita defendebat illū: cōſtituit eū rectorē ⁊ gubernatorē ſiue pncipē ppli ſui. Sequiť igiť ex ꝑdictis: ꝙ ille meretur eſſe princeps: ꝗ ſcit et pōt ſubditos defendere et vindicare. Vn̄ legiť. j. Reg. viij. ꝙ populus iſrael ſamueli clamabat. Cōſtitue nobis regem: qui bella nr̄a expugnet. Modo btūs. N. habuit hec. et quia nos ꝓtegit: ⁊ defendit ab inimicis ſpūalibus: ergo merito pōt dicere illud Joſue v. Sū princeps exercitus domini. Et hoc quantum ad primum.

¶ Quātū ad ſcdm eſt ſciēdum / ꝙ hō efficitur vnū cū deo ꝑ mentis integritatē. Rō eſt. cordis eni3 diuiſio eſt ſignum mortis. Oſee. x. Diuiſum eſt cor eoꝝ: nūc īteribūt. Proculdubio ꝙ̄diu res eſt vna: tādiu durat et h3 eſſe. vn̄ Boe. lib. iij. pſa. xi. Vnū eſt indiuiſum in ſe ⁊ diuiſum a quocunq3 alio. Et iō cū charitas ſit eſſe ⁊ vita hoīs:

et ideo habet et eſt cauſa vnionis: et eſt cā quare beatus. N. fuit deo vnitus ꝑ amorē et charitatem. quod probat beatus Aug. Charitas eſt duo aliqua copulans: vel copulare appetens. amantē. ſ. ⁊ amatū. qualiter iſte ſanctus. N. habuit: ita clare pat3 in eius hiſtoria: quia cum xpo regnat ⁊ in eius gloria. Ad quam ipſe filius dei nos perducat. Amen.

¶ Pro trāſlatione alicuius ſcti. Sermo.

A

PLacuit deo et tranſlatus eſt. Eccli. xliiij. Juxta ſcripture veritatem poniť talis ꝓpoſitio. Propter tria aliqs placet deo. videlicet

Primo ſi cauet a pctō: et viuit ſinceriter.

Scdo ſi fugit vanitatē: ⁊ viuit humiliter.

Tertio ſi compatitur proximo: et ſibi ſuccurrit miſericorditer.

¶ Prima clauſula ſic declaratur autoritate ſacre ſcripture. Scribitur Prouer. xij. Qui fideliter agunt placēt deo. Exemplo etiam patet Gene. v. vbi legitur ꝙ poſtꝙ̄ enoch. ccclxv. annis vixiſſet in innocentia et ſimplicitate: et ambulaſſet cū deo: ſubito non apparuit: quia tulit eū dn̄s in paradiſum voluptatis. Jdeo diciť de eo Eccli. xliiij. Enoch placuit deo: et tranſlatus eſt in paradiſum. Et hoc quātū ad primū.

¶ Scda clauſula declaratur autoritate et exēplo. Autoritate ꝓbať Judith. ix. Nec ſuperbi placuerūt tibi ab initio. Et etiam dicit Hiero. in quadā epiſtola. Nihil eſt qđ nos ita gratos deo ⁊ hoībus faciat: ſicut ſi vite merito magni: humilitate infimi ſimus. hec ille. Exēplum habemus Judith. xiiij. de illa ſancta dn̄a Judith. cum eſſet per inimicos ſuos obſeſſa in ciuitate betulie: q2 deo ſe humiliauit affligēdo corpus ſuū ieiunio ⁊ cilicio: iō eā deus de inimicis liberauit. vnde ipſa dicit vt habeť eodem cap̄. Humilium et manſuetoꝝ ſemper tibi placuit deprecatio. Apparet igiť ſecunda clauſula.

¶ Tertia clauſula ſic declaratur autoritate et exēplo. Autoritate ꝓbatur Prouer. xxi. vbi dr. Facere miam ⁊ iudiciū: magis placet dn̄o ꝙ̄ victime. Exēplū habemꝰ Geneſ. xix. vbi legitur / ꝙ loth ideo q2 reinuit hoſpitalitatē: ⁊ recipiebat libēter omnes peregrinos: ideo fuit liberatus de ſubuerſione ſodome. vnde dic̄ aplſ ad Heb. xiij. Fratres hoſpitalitatem nolite obliuiſci. per hāc em̄ placuerūt quidā angelis hoſpitio receptis. Apparet igitur tertia clauſula: et per ꝯn̄s tota regula preaſſumpta.

¶ Modo predicta nr̄o ꝓpoſito applicando: btūs. N. habuit predicta tria cōplete qui hodie tranſlatus eſt. videl3

Primo vixit innocenter.

Scdo conuerſatus eſt humiliter.

Tertio cōpaſſus eſt proximo miſericorditer.

¶ Primo dixi ꝙ vixit innocēter et ſancte. Et hoc q2 habuit ſcientiam veritatis: ⁊ illam ignorātes docuit: et deum timere: et amare: et abſtinere ab oī peccato. Tob. j. Nō docuit ſciētias gētiliū: nec mūdanas: aut fabuloſas: ſ3 dei ſcientiā. q2 oīa ꝗ xps dixit ⁊ fecit ⁊ predicauit. q2 talia ſunt nobis via perueniēdi ad ipm. Dic qualiter ⁊ ꝗd ꝑdicauit ⁊ docuit verbo ⁊ exēplo: ſicut habes in eiꝰ legenda. ꝓpter qđ de eo pōt dici illud Mat. xxij. Magr̄ ſcimus q2 verax es: ⁊ viā dei in veritate doces.

¶ Dixi ſcdo ꝙ habuit virtutē hūilitatis. Rō eſt. Videmꝰ manifeſte ꝙ ſm̄ motū ſuperioꝝ / inferiora mouentur. ſicut planete ab oriente in occidentē feruntur motu firmamenti. Similiter omnia mēbra corporis cordi ſubduntur. Cū ergo deus ſit maior: et dn̄s oīm creaturarū: et ipſe fuit humilis: ac etiam dedit nobis exemplū humilitatis. quod patet Mat. xi. Diſcite a me: q2 mitis ſum ⁊ humilis corde. Jō beatus. N. volens ipſum imitari: fuit humilis. Dic ſicut habes in eius legenda ſigna humilitatis. propter quod de ſe poteſt dicere illud pſ. cxiij. Humiliatus ſum: et liberauit me.

¶ Dixi tertio ꝙ fuit cōpaſſus proximo. Ratio eſt. q2 ille eſt verus cōpatiēs: qui dolorē ac infirmitatē et periculū alteriꝰ ſentit et iuuat. q2 vt dicit btūs Greg. in quadā home. Cōpaſſio eſt cū malum inopie proximi ſuſcipere non metuimus: vt eum liberemus. hec ille. Sed btūs. N. iuuit proximum ⁊c̄. igitur habuit proximi ſui compaſſionē: vt merito poſſit dicere illđ Job xxx. Flebam quōdā ſuper eo qui afflictus erat: et cōpatiebatur aīa mea pauperi. Ex antedictis igitur. ſ. ex maiori ⁊ minori cōcludať thema. igiť placuit deo ⁊ trāſlatꝰ eſt. que ſunt verba thematis. Cetera ꝑ te vide: et adapta propoſito tuo.

¶ De vna virgine. Sermo.

a Queſiui eã mihi ſpõſaꝫ aſſumere. Sap. viij
Prout reperio in ſacra ſcri
ptura: illa q̃ vult eſſe ſpõſa
xp̃i: debꝫ habere quattuoꝛ
bonas excellentias ſuper alias mulieres
ſcꝫ ad modũ virginis matris ieſu xp̃i.

Primo ſapientiã: qua ſuũ coꝛpus conſer
uet in omnimoda puritate.

Secũdo pulchꝛitudinẽ abſq; omni defoꝛ
mitate.

Tertio honeſtatẽ ſine repꝛehenſione.

Quarto humilitatẽ cũ feruẽti deuotiõe.

¶ Primo dixi ꝙ ad modũ ꝟginis glorio
ſe/debet habere pꝛudentiã cuſtodiendo
ſuã virginitatẽ: quia pꝛout dicit Hieroñ.
ĩ ep̃la ad demetriadẽ ꝟginẽ: ꝟginitas eſt
theſaurus impꝛeciabilis: et irrecuperabi
lis poſtꝙ eſt amiſſus. Ut ergo virgo ſit
deo grata: debet habere integritatẽ car
nis. aliter non haberet ſeu acciperet co
ronã regie dignitatis. Ideo qñ ep̃s cõſe
crat virgines: nõ intendit coꝛruptas do
mino conſecrare ſeu deſponſare: ſed ſolũ
puellas virgines. qꝛ ſi coꝛrupte ſunt: non
tenet mr̃imoniũ. iõ tales repudiat ⁊ odit
et p̃cipit Deut. xxij. ſi nõ eſt in puella in
uenta virginitas eijcient eam extra foꝛes
domꝰ patris ſui: ⁊ lapidibꝰ obꝛuent eaꝫ.
Et xp̃s vult ſponſaꝫ ſuã cauere ne habeat
noticiã vel conſoꝛtiũ hoĩm: ad modũ illiꝰ
rebecce de qua dꝛ Geñ. xxiiij. Ecce rebec
ca egrediebat̃ puella decoꝛa nimis ꝟgoq;
pulcherrima et incognita viro. Talẽ em̃
xp̃s diligit: et in ſponſam aſſumit. et hoc
eſt qđ dicit beda ſuper lucã. Chꝛiſtus de
virgine natus eſt: vt ſe virgineũ decꝰ dili
gere oſtenderet. Et in huius rei ſignũ/ele
git virginẽ matrẽ: virginẽ pꝛecurſoꝛẽ: vir
ginem diſcipulũ familiarem. Apparet igi
tur pꝛima clauſula.

¶ Secũdo dixi ꝙ ad modũ virginis vult
ꝙ habeat pulchꝛitudinẽ ſpũaleꝫ. ita dic̃
ap̃ls. j. ad Coꝛ. vij. Uirgo cogitat que do
mini ſunt vt ſit ſancta coꝛꝑe ⁊ ſpũ. Et ra
tio eſt: qꝛ pulcher ſponſus debet habere
ſpõſam ſpecioſam: ſicut ptꝫ de dauid: qui
erat pulcher ⁊ vultu decoꝛꝰ: qꝛ interp̃tat̃
vultu deſiderabilis: iõ accepit ſponſam
abigail: de q̃ dꝛ. j. Reg. xxv. Erat abigail
mulier pꝛudẽtiſſima ⁊ ſpecioſa. Cũ g̃ xp̃s
ſit ſuꝑ oẽs creaturas pulcher ⁊ ſpecioſus:
ita dꝛ in pſ̃. xliiij. Specioſus foꝛma pꝛe
filijs hoĩꝫ. ita vult ꝙ ſpõſa ſua ſit ſpecioſa
⁊ mũda ĩ ſua mẽte: ⁊ talẽ ip̃e vult ⁊ diligit
vñ Hierony. Illa virgo ſponſa xp̃i eſt: cu
ius nec mente cogitatio: nec carnẽ libido
maculat. hec ille. Iõ in figurã huius deꝰ
p̃cepit Leuit. xxj. ꝙ ſummꝰ ſacerdos vxo
rem duceret ꝟginẽ: nõ meretricẽ ſoꝛdidã.
Figurabat̃ ꝙ xp̃s q̃ eſt ſummus ſacerdos
(pꝛout dicit apoſtolus ad Hebꝛe. ix.) nõ
ducit ſoꝛdidã; nec turpẽ: ſed ſolũ pulchꝛã
mẽte ⁊ coꝛꝑe. Apparet igit̃ ſcđa clauſula.

¶ Tertio dixi ꝙ debet habere honeſtateꝫ
ſine oĩ repꝛehenſione. ſemꝑ cũ honeſta ſo
cietate incontaminata: nõ vaga: non di
ſcurrens per plateas ⁊ vicos: vt oſtendat
ſuã pulchꝛitudinẽ: qꝛ talibꝰ frequenter ac
cidit ſicut illi dine filie iacob: de qua legit̃
Geñ. xxxiiij. Egreſſa autẽ eſt dina filia lye
vt videret mulieres regionis illiꝰ: quã cuꝫ
vidiſſet ſichen filius emoꝛ euei pꝛinceps
terre illius: adamauit eam et rapuit: ⁊ doꝛ
miuit cũ illa vi oppꝛimens virginẽ. vnde
dꝛ vulgariter. la muger y la gallina poꝛ
andar ſe pierda ayna. Non dꝫ igit̃ eſſe ta
lis ſponſa xp̃i: ſed clauſa/honeſta/ſolita
ria. exẽplo beate virginis: quã angelꝰ in
loco ſecreto inuenit ſolitariã. et illiꝰ ſan
cte vidue iudith. Judith. viij. que fec̃ ſibi
cubiculũ ſecretũ: in q̃ clauſa moꝛabat̃ cũ
puellis ſuis. Tales deo placẽt. tales xp̃s
diligit. Ideo hierony. cuidã ſpõſe xp̃i ſcri
bens ita dicit. In te ſit honeſtas admira
bilis: ſtupenda verecũdia: mira patiẽtia:
virginalis inceſſus: ⁊ vere pudicitie habi
tus: ſermo ſemꝑ modeſtꝰ: ⁊ in ſuo tempo
re pꝛoferendus. hec ille. Apparet ergo ter
tia clauſula.

¶ Quarto dixi ꝙ debet habere humilita
tẽ cũ feruẽti deuotione. Eſt ratio: qꝛ dicit
Augu. in lib. de bono virginali: ꝙ humili
tas eſt cuſtos virginitatis. Iõ xp̃i ſponſa
dꝫ eſſe humilis: qꝛ ſibi parũ placet virgi
nitas ſine humilitate. vñ dicit beatꝰ Ber.
Si maria humilis nõ fuiſſet: filium dei
nunq; cõcepiſſet. Quod ſatꝭ expꝛeſſit xp̃s
in illa parabola: quam poſuit Mat. xxv.
de illis quinq; ꝟginibꝰ: que licꝫ eſſent vir
gines: non tñ intra beatitudinis ianuam
recepte fuerũt. ꝯfidẽtes em̃ de ſua ꝟgini
tate: venerũt nouiſſime tanq; p̃ſumptuo
ſe dicentes. Dñe dñe: aperi nobis. At ille

reſpõdẽs ait. Amẽ dico vobis: neſcio vos.
Et in ſignũ huiꝰ/moniales q̃ xp̃o deſpon
ſant̃: induũtur velo nigro: ⁊ defoꝛmes ve
ſtes poꝛtãt/in ſignũ honeſtatis ⁊ humili
tatis: quã debẽt habere. Apparet g̃ ꝙ ve
ra ſpõſa xp̃i dꝫ eẽ deuota ⁊ humilis ⁊ obe
diẽs ſpõſo ſuo. Figurã habemꝰ Heſter. j.
de illa vaſthi: q̃ qñ fuit humilis ⁊ obediẽs
ſpõſo ſuo aſuero: eã dilexit: ⁊ cũ eo fuit. ſꝫ
qñ fuit ſibi cõtumax ⁊ inobediẽs: eã de cu
ria eiecit. Aſuerꝰ interpꝛetat̃ btitudo: ⁊ ſi
gnificat xp̃m q̃ eſt nr̃a btitudo. Uaſthi ꝟo
interpꝛetat̃ finis ſignatꝰ: et ſignificat vir
gines xp̃o ꝑ ſupbiã inobediẽtes. tales re
pꝛobat xp̃s. et em̃ veniũt ad finẽ ſignatũ:
q̃ eſt dãnatio eterna. Apparet igit̃ tertia
clauſula: ⁊ ꝑ ꝯñs tota regula p̃aſſumpta.

¶ Modo predicta noſtro ꝓpoſito appli
cando. beata. N. habuit perfecte pꝛedicta
quattuoꝛ. videlꝫ

Primo ſuum coꝛpus conſeruauit in om
ni puritate.

Secundo habuit pulchꝛitudinem abſq;
defoꝛmitate.

Tertio habuit ſine repꝛehenſione magnã
honeſtatem.

Quarto habuit cum deuotione nimiam
humilitatem.

¶ Primo dixi ꝙ cũ magna pꝛudẽtia cuſto
diuit coꝛpꝰ ſuũ in virginitate. Et rõ eſt. qꝛ
virginitas ex quo ſemel eſt amiſſa: decete
ro nõ põt recuperari. nã ſicut lãpas ſemel
fracta nõ reparat̃: ita ſi q̃s amiſerit virgi
nitatẽ ſuã: ſi totũ mũdũ daret plenũ auro
nõ recuperaret eã. ita dicit Hiero. in ep̃la
ad euſtochiũ. Audacter loquoꝛ: cũ oĩa poſ
ſit deus: ſuſcitare nõ põt virginẽ poſt rui
nã. Ualet q̃dẽ liberare de pena: ſꝫ nõ vult
coꝛonare coꝛruptã. h̃ ille. Et allegat̃ in de
cretis. xxxij. q. v. c. ſi paulꝰ. Iõ qꝛ tãtꝰ the
ſaurꝰ ſemel amiſſus nõ põt recuperari: iõ
beata. N. pꝛudẽter virginitatẽ cuſtodiuit
⁊c̃. Dic ſicut habes in eius legẽda. ꝓpter
qđ dixit Tobie. iij. ſara. Tu ſcis dñe: quia
nũꝙ cõcupiui virũ: et mundã ſeruaui ani
mã meã ab omni concupiſcentia.

¶ Scđo dixi ꝙ ipſa ſine defectu ſpiritua
li habuit pulchꝛitudinem. Rõ eſt: qꝛ caſti
tas coꝛpoꝛis ſine mũdicia mẽtis: eſt ſicut
pulchꝛitudo in pariete picta. pulchꝛitudo
coꝛpoꝛis: qꝛ ſi pictura de pariete tollatur:
apparebit vitiũ qđ eſt interius. Sic ſi pul
chꝛitudo coꝛpoꝛalis ſit ſine ſpũali: appa
rebit eius defectus. qꝛ ergo vt dicit beatꝰ
Aug. nihil diligitur niſi pulchꝛũ: et deus
beatã. N. nõ dilexiſſet niſi pulchꝛa fuiſſet:
ideo voluit eſſe pulchꝛa nõ in coꝛpoꝛe: ſed
in aĩa per gratiã ⁊ virtutes: eo qꝛ peccato
caruit: qđ deturpat animã: ideo dicit ſibi
ſponſus illud Cãticoꝛum. vj. Pulchꝛa es
amica mea.

¶ Tertio dixi ꝙ habuit honeſtatẽ ſine re
pꝛehẽſione. Rõ eſt. dicit btũs Aug. ꝙ vir
tus nihil aliud eſt: ꝙ diligere quod diligẽ
dum eſt. Omne aũt qđ diligitur: ſub rõne
boni diligitur: vt dicit ph̃s. Cũ igitur xp̃s
ſit ſummũ bonũ et ſumma honeſtas: ideo
ip̃m ſolũ beata. N. ita dilexit: ꝙ oĩa mun
dana q̃ſi vana ꝓpter ip̃m contẽpſit: et ho
neſte vixit: qꝛ ipſa fuit honeſta in ſua con
uerſatione: honeſta in locutione: honeſta
in geſtu coꝛpoꝛis ⁊ in oĩbus factis ſuis: vt
merito poſſit dicere illud Eccli. xxiiij. Flo
res mei fructus honoꝛis et honeſtatis.

¶ Quarto dixi ꝙ fuit humilis et deuota.
Ratio eſt. qꝛ deus ſuperbos odit et repꝛo
bat. humiles aũt ⁊ deuotos ipſe defendit
et amat. et talibus dat ſuam gratiã. ideo
ſcribitur Iaco. iiij. et. j. Petri. v. Deus ſu
perbis reſiſtit: humilibus aũt dat gratiã.
Ideo beata. N. volens xp̃i gratiã habere:
voluit eẽ humilis. dic humilitatẽ quã ha
buit ⁊c̃. vt merito poſſit dicere illud Mat
thei. xj. Mitis ſum et humilis coꝛde. Ex
antedictis ergo. ſ. ex maioꝛi et minoꝛi con
cludatur propter quattuoꝛ pꝛedicta effici
tur aliqua digna vt ſit ſponſa xp̃i: et quia
virgo. N. habuit hec oĩa: vt dictũ eſt: ideo
xp̃s voluit eam in ſponſam aſſumere ꝓut
dicũt verba thematis. Queſiui eam mihi
ſponſam aſſumere. ¶ In quibus quidem
verbis duo oſtenduntur. videlꝫ

Primo ꝙ ipſa maximam nobilitatẽ ade
pta eſt pꝛopter chꝛiſti deſpõſationem. qꝛ
dicit. ſponſam ⁊c̃.

Secundo ꝙ pꝛopter ſuam bonitatem me
ruit hanc coniũctionem: quia dicit. que
ſiui eam mihi ⁊c̃.

¶ Quantum ad pꝛimũ eſt ſciendum ꝙ in
hac virgine eſt oĩs nobilitas ⁊c̃. Eſt rõ. di
cit ph̃s. v. politicoꝝ. ꝙ nobiles ſunt in q̃
bus exiſtunt pꝛogenitoꝝ virtus ⁊ diuitie.
modo pꝛogenitoꝛ oĩm xp̃ianoꝛũ eſt deus
pater. j. Petri. j. Benedictus deus ⁊ pater
dñi noſtri ieſu xp̃i: qui ſm̃ miam ſuã ma
gnã regenerauit nos ⁊c̃. Uirtutes autẽ et

diuitie iſtius patris fuerūt date. N. dedit enim ſibi multas virtutes ꝛc. dic virtutes quas habuit. ſ. virginitatē/humilitatem/ et patiētiā/et firmitatē in tormētis ꝛc. ita vt de iudicibus eā perſequentibus: dicaſ illud Eſa. iij. Ignobilis contra nobilē. Et hoc quantum ad primum.

¶ Quantū ad ſcd̄m/ dixi ꝙ fuit in ea magna bonitas ꝛc. maior em̄ bonitas quam pōt habuere mulier: eſt ꝙ ſit ſponſo ſuo fidelis. Prouer. xij. Mulier diligēs corona eſt viro ſuo. Modo btā: N. fuit multū fidelis xp̄o: vt ſuperius fuit oſtēſum ꝛc. vt merito de ip̄a poſſit dici illud Judith. xj. Nō eſt talis mulier ſup terrā in aſpectu: ī pulchritudine: et in ſenſu vboꝝ. ergo nos ſibi dicamus illud Judith. viij. Ora ꝓ nobis: qm̄ mulier ſancta es. qꝛ tuis poſſum⁹ orationibus adiuuari: et potes nobis hic diuinam gratiā obtinere: vt in futuro habeamus ſuam gloriam. Quam nobis preſtare dignetur. Amen.

¶ Pro vna virgine. Sermo.

A V Irgo cogitat que dei ſunt. j. Coꝝ. vij. Reperio ī ſacra ſcriptura/ ꝙ ille qui vult cogitare illa que dei ſunt: opꝫ ꝙ tria figat et ponat in mente ſua: vt propter primum ipſum timeat. propter ſcd̄m ſibi obediat. propter tertium diligat.

Primo debet conſiderare in deo ſue maieſtatis nobiliſſimum ſtatum.

Secundo ſue voluntatis iuſtiſſimum preceptum.

Tertio ſue paſſionis doloroſiſſimum tormentum.

¶ Primo dixi ꝙ dꝫ cogitare diuinā maieſtatē: vt ſic deū timeat. Et rō eſt. put dicit Sene. Generoſus eſt anim⁹ hoīs. ideo homines q̄ de terrenis ꝛ de pctīs ſemp cogitāt: nō habēt cor generoſum: ſꝫ baſſum et deſpectū. qꝛ a talibus ſpūſſctūs ſe elōgat: vt dꝛ Sap̄. j. Spūſſctūs auferet ſe a cogitationib⁹ q̄ ſunt ſine intellectu. ꝛ iō in talibus cor hoīs implicari nō dꝫ. Sed ꝑ oppoſitū ille totus hꝫ cor generoſum ꝛ altū: q̄ alta vt ſunt diuina cogitat. vt ſit de numero illoꝝ de quib⁹ dꝛ Sap̄. v. Cogitatio illoꝝ apud altiſſimū. ideo Prouer. iij. dicitur. In oībus vijs tuis cogita illum: ꝛ ipſe diriget greſſus tuos.

¶ Scd̄o dixi ꝙ dꝫ ſuā voluntatē ꝛ ſuū preceptū cogitare vt illud īpleat. ita dꝛ Eccli iij. Que precepit tibi de⁹ illa cogita ſemp. Et rō eſt. Mat. xix. ſcribiſ. Si vis ad vitā ingredi ſerua mādata. Inobediētia enim primoꝝ parētū clauſit nobis regnum celorū: ſed obediētia fuit illa que recuperauit et aperuit. vñ xp̄s dixit petro obediēti. Tibi dabo claues regni celoꝝ. Matthei. xvj. Modo eſt ſic ꝙ nos non poſſum⁹ bñ diuinis p̄ceptis obedire: niſi illa ſciam⁹ perfecte: ideo cōſuliſ nobis Eccli. vj. Cogitatū tuū habe in preceptis dei. et in mandatis illius maxime aſſiduus eſto. ſ. vt impleas illa. Similiter precipitur nobis Deuſ. vj. Hec meditaberis ſedēs ī domo tua: ꝛ ambulās in itinere dormiēs atqꝫ cōſurgens: et ligabis ea q̄ſi ſignū ī manu tua: eruntqꝫ et mouebunſ inter oculos tuos: ſcribeſqꝫ ea in limine et oſtijs domus tue. Apparet igitur ſecunda clauſula.

¶ Tertio dixi ꝙ dꝫ hō xp̄i aſperitatē ꝛ doloroſam paſſionē cogitare: vt ſic eum diligat. ita dꝛ. j. Peſ. iiij. Xp̄o paſſo ī carne et vos eadē cogitatiōe armamini. Et rō eſt: nullus em̄ eſt ita tepidus aut frigidus in amore xp̄i: ꝙ ſi intueaſ quātū in paſſione nos amauit. ꝛ quanta mala ꝓ nobis ſuſtinuit: q̄ nō accēdaſ ad amādū xp̄m. vñ beatus Bern̄. dicit. Super oīa reddit te mihi amabilē bone ieſu calix paſſionis: quē bibiſti opus nr̄e redēptionis. hec ille. Pꝫ ḡ ꝙ cogitatio nr̄a dꝫ verſari circa paſſionē xp̄i. Et hoc cōfirmat apl's ad Heb. xij. Recogitate eū q̄ talē ſuſtinuit a pctōrib⁹ aduerſus ſemetip̄m cōtradictionē. Apparet ergo tertia clauſula: et per conſequēs ꝛc.

¶ Modo predicta nr̄o propoſito applicādo: hec glīoſa virgo btā. N. p̄dicta tria cogitauit ꝛ cōtēplata mirabiliter fuit. B

Primo diuinum ſtatū ꝛ ſuā maieſtatem.

Scd̄o diuinū preceptū et ſuā voluntatē.

Tertio chriſti paſſionem et mortem et cruciatus eius acerbitatem.

¶ Dixi prīo ꝙ cogitauit diuinū ſtatū ſiue maieſtatē. Et rō eſt. nā dicit btūs Grego. ꝙ facile laqueos euadit in terris: qui ſemper oculos hꝫ in celis. Et cauſa eſt: qꝛ inimicus humani gn̄is. ſ. diabol⁹/in hoc mūdo ponit diuerſos laqueos pctōꝝ ꝓponēdo hoī queqꝫ delectabilia. ita dic ps̄. lvj. Laqueū parauerūt pedib⁹ meis: ꝛ incuruauerūt aīam meā, et ſic multotiēs peccatorē capit et occidit qn̄ continue terrenis inhiat: ſed qn̄ hō a terrenis ſe elongat: et ſemper celeſtia contēplatur: tūc euadit laqueos diaboli. Ita btā. N. volens inimici laqueos euadere: terrena contēpſit. dic ſicut habes in eius legēda. et celeſtia cogitauit. ita vt poſſet dicere illud ps̄. xxiiij. Oculi mei ſemper ad dn̄m: qm̄ ip̄e euellet de laqueo pedes meos.

¶ Dixi ſcd̄o ꝙ diuinā voluntatē ꝛ diuinū preceptū cogitauit: vt ſibi obediret. Et rō eſt. iuſtū enim eſt vt cui oēs creature obediūt: ꝙ etiā homo obediat. cum ergo oēs creature ſuo obediāt creatori tam ſenſibiles ꝙ inſenſibiles. ita dicit ps̄. ciij. Terminum poſuiſti quē non tranſgredientur. et Mat. viij. Qualis eſt hic qꝛ venti ꝛ mare obediūt ei. multo magis hō debꝫ obedire diuinis preceptis: et eius volūtati. Unde hoc vidēs beata. N. cogitauit ꝛ contēplata fuit diuina precepta: et illa iuxta poſſe cōpleuit. qꝛ deū ſuper oīa dilexit et proximum: et ſic de alijs preceptis ꝛc. Propter quod poteſt dicere illud ps̄. cxviij. Ego autem nō dereliqui mandata tua.

¶ Dixi tertio ꝙ xp̄i paſſionē durā quā pro ip̄a ſuſtinuit: cogitauit. Et rō eſt. nihil em̄ eſt qd̄ tantū prouocet hoīem ad bene operandum: et ad laborandum moueat: ſicut frequēs memoria paſſionis xp̄i. ita dicit beatus Bern̄. Hoc eſt qd̄ plus me mouet: me viget: et plus accendit calix tuus dn̄e quē bibiſti. hec ille. Ideo hoc cōſiderans beata. N. cogitabat dirā paſſionem xp̄i: et reducebat ad memoriā: vt ſic meli⁹ tormēta et labores cū patiētia exēplo xp̄i/ ſuſtineret. dic ſicut habes in ei⁹ legēda ꝛc. Propter quod ſciebat illud verbum qd̄ ſcribitur. j. Peſ. ij. Chriſtus paſſus eſt ꝓ nobis vobis relinquens exemplum: vt ſequamini veſtigia eius. Ex antedictis igitur. ſ. ex maiori et minori formetur ratio et concludatur ſic thema: Ergo hec virgo cogitat q̄ dei ſunt. que ſunt verba noſtri preſentis thematis. In quibus quidem verbis duo de ipſa oſtenduntur.

Primo ꝙ peccatis reſiſtendo virginitatē ſeruauit: qꝛ dicit. virgo cogitat.

Secundo ꝙ mundum deſpiciendo in dei ſe amore firmauit: qꝛ di. que dei ſunt.

¶ Quantum ad primum eſt ſciendum ꝙ dicit Chryſo. Si mens ſobria fuerit et caſta; naturalium motuum peccatum nullum erit. Ex quo patet ꝙ illa que vult virginitatē ſeruare: oportet ꝙ ſobrie viuat: quia ſm̄ Hiero. virginitas in delitijs periclitatur. Et cum virginitas que eſt ſoror angelorum ſm̄ Cyprianum: ſit puriſſima. quia virgo a virore diciſ: eo ꝙ viroris ſui et pulchritudinis non eſt paſſa aduſtionē quia ſm̄ Augꝰ. virginitas eſt in carne corruptibili incorruptionis perpetua meditatio. Apparet ergo ꝙ non debet op̄a carnis peragere: ſed potius per abſtinētiam carnē mortificare vt ſpiritus viuat. Et ratio eſt. Uidemus manifeſte ꝙ quādo aliqua terra de nouo dedicanda eſt diuino cultui: prius debet a principib⁹ terre mortificari. Modo terra deo dedicata eſt caro virginea: cui debeſ fructus centeſimus ſm̄ Hiero. ideo debet mortificari per abſtinentiam. ſcilꝫ vigilijs et ieiunijs: vt caro in virginitate conſeruetur: que eſt virtus ita precioſa ꝙ prefertur coniugali ac viduali ſtatui. et que confert ac operatur multa bona: et ſpecialiter inter alia quatuor. videlꝫ

Primo merita multiplicat.

Scd̄o a periculis liberat.

Tertio dona augmentat.

Quarto deo acceptabiles preſentat.

¶ Primo dico ꝙ multiplicat merita: quia per ſuam excellētiam ducit ad regnum celorum: et ad vitam celeſtem. quia enim vita celeſtis eſt incorruptibilis ꝛ perpetua: vt dicit beatus Augꝰ. Unde hec virtus tātum eſt nobilis: vt dicit Hierony. ꝙ diſcipuli platonis in honorem ſui magiſtri docuerunt ꝙ de virgine natus ſit: non credentes ꝙ vir tantas virginitates conſeruare feciſſet: niſi de virgine natus fuiſſet. vnde ipſe plato ꝛ diſcipuli hanc virtutem ſeruare docebant. D

¶ Secundo dixi ꝙ ip̄a liberat a periculis nam legitur in antiquorum hiſtoria ꝙ romani captis hoſtibus virginibus et paruulis parcebant. Idem legitur Numeri xxxj. ꝙ cum filij iſrael pugnaſſent contra madianitas: et omnes ciuitates et caſtella igne combuſiſſent: ac principes interfeciſſent et omnes maſculos: duxerunt ſecum mulieres et paruulos. Quod videns moyſes iratus p̄ncipib⁹ ait, Cūctos interficite q̄cq̄d gn̄is maſculini eſt etiā in paruulis: et mulieres que nouerunt viros in coitu iugulate. puellas autē et omnes fe

minas virgines reſeruate vobis. Paganoꝝ etiã virgines quedã legunt̃ euaſiſſe pericula: et q̃dã feciſſe miracula merito ꝟginitatis ſue. Nã teſtat̃ Augu. lib. x. de ciui. dei. cap̃. xvj. ⁊ lib. xxij. c. xj. cũ quedã ꝟgo rome de ſtupꝛo diffamaret̃ et accuſaretur: illa vt ſe oſtenderet virginẽ: cũ cribꝛo ad tyberim fluuiũ iuit: et ipſum aqua impleuit: ⁊ vſqꝫ ad capitoliũ plenũ tulit: et nihil oĩno de aqua fluxit: nihil oĩno de aqua perdens. qđ valde eſt admirandum cũ ſit vas foraminibꝰ plenũ totũ. Et ꝓut teſtatur Hieronymꝰ: fuit rome alia virgo que ad virginitatẽ ſuã cõpꝛobãdã cingulo ſuo maximã nauẽ traxit ad terrã: quaꝫ multi mouere nõ poterant. Idem aſſerit Augu. lib. x. de ciui. dei. ca. xvj.

¶ Tertio dixi ꝙ virginitas impartit ſeu impetrat dona. nã ſibylla per ꝟginitatẽ ꝓphetico ſpũ claruiſſe dꝛ. Saluatoꝛ quoqꝫ mundi virginitatẽ ipſam honoꝛat: et gratijs plurimis et donis exoꝛnat. nã virginẽ matrẽ elegit: ⁊ virginitatẽ ipſiꝰ honoꝛe fecũditatis oꝛnauit. Inter diſcipulos etiã: duos: qui legunt̃ expꝛeſſius virgines extitiſſe: amplioꝛibꝰ pꝛiuilegijs et gratijs decoꝛauit. ſ. iohannẽ et paulũ.

¶ Quarto dixi ꝙ virginitas efficitur deo grata et hoĩbus deuota. Ita dicit Amb. Pulchꝛitudinẽ quis põt maioꝛẽ eſtimare pudoꝛe virginis: qui amat̃ a rege: pꝛobatur a iudice: dedicat̃ a dño: conſecrat̃ a deo. hec ille. Et iđ cum virginitas ita ſit deo accepta et grata: apparet ꝙ ille que ſunt virgines ante debent oĩa ſolacia / et cõmoda: imo etiã et coꝛpoꝛalẽ vitã perdere: ꝙ̃ virginitatẽ amittere. ſicut ⁊ quedam pagane virgines hoc feciſſe legunt̃. Narrat Hieronymus ꝙ nicanoꝛ thebis deuictis atqꝫ ſubuerſis / vnius virginis captiue amoꝛe deuictꝰ: eius coniugiũ impetẽs qđ captiua optare debebat. illa cogitauit mẽte pudica virginitatis bonum eſſe maius ꝙ̃ regnũ. ⁊ ſic manu pꝛopꝛia ſe interemit. Narrant etiã ſcriptoꝛes grecie: fuiſſe virginẽ quãdã: quã hoſtis macedo coꝛruperat: illa coꝛrupta diſſimulauit pauliſper doloꝛem: ſed virginitatis ſue violatoꝛem poſtmodũ doꝛmientem tandẽ cum gladio iugulauit. et ſeipſam occidit gladio. vnde nec viuere voluit poſt virginitatẽ perditã: nec ante moꝛi qꝫ vindicatrix exiſteret ſue coꝛruptionis. Licꝫ aũt dicte mulieres cõmendari non poſſint: ꝙ ſe occiderint: tñ quia maius crimen fuit occiſio ſuijpſius ꝙ̃ fuiſſet coꝛrũpi ab alio ſiue fuiſſent coꝛrupte per violentiã: in quo ex parte earũ nullũ fuiſſet crimen: ex quo nõ conſenſiſſent. qꝛ non coinquinat̃ coꝛpus niſi de conſenſu mentis. ſiue etiã in volũtate conſenſiſſent: qꝛ adulteriũ eſt leuius peccatũ ꝙ̃ homicidiũ ſpecialr̃ ſuijpſius. Et licꝫ quedã ſancte femine tp̃e perſecutionis fideliũ legant̃ idem feciſſe: quarũ memoꝛia in eccl'ia celebꝛat̃: tñ beatꝰ Hieronymꝰ excuſat eas. qꝛ hoc fecerunt ex occulto inſtinctu et conſilio ſpũſſancti ſicut ⁊ ſamſon ſeipſum occidit. Cõmendantur tñ iſte femine de magno ꝟginitatis amoꝛe. Apparet ergo ꝙ virginitatis bonum debet pꝛeferri oĩbus tẽpoꝛalibus bonis: q̃ poſſident̃ exterius. qꝛ vt dꝛ Eccli. xxvj. Oĩs ponderatio nõ eſt digna continẽtis aĩe. Conſiderans ergo beata. N. ꝙ per virginitatẽ tot bona conſequeretur: ⁊ placeret deo: ideo virginitatẽ ſeruauit: et citius moꝛtem tempoꝛalẽ ſuſtinere voluit: ꝙ̃ iſtam ꝟginitatẽ amittere. Hic ſicut habes in eius legenda ⁊c. Pꝛopter quod de ipſa põt dici vel intelligi illud Gen. xxiiij. Ecce puella decoꝛa nimis: ꝟgoqꝫ pulcherrima: et incognita viro. Hanc ergo virginem honoꝛemus: ⁊ ad eam deuotionem habeamus: ac humiliter depꝛecemur: vt nobis in hac vita chꝛiſti ſui ſponſi obtineat gratiam: et in futuro habeamus ſuã gloꝛiam. Amen.

E

¶ Collationes ꝓ defunctis eiuſdem Santij non contẽnende lectionis.

¶ Sermo ſeu collatio pꝛo conſolatione illoꝛum qui perdunt amicos.

Conſolamini inuicem in ꝟbis iſtis. j. ad Theſſa. iiij. Dñi mei reuerendi / ſup moꝛtem amicoꝝ et parẽtũ nr̃oꝝ multis de cauſis nõ debemus contriſtari: ſed potius cõſolari: et ſpecialiter ꝓpter tres cauſas. videlꝫ A

Pꝛimo quia ſic placet diuine maieſtati.

Secundo qꝛ hoͦ ꝯſonat iuſticie ⁊ equitati.

Tertio qꝛ ſic debet fieri de neceſſitate.

¶ Pꝛima cauſa vel ratio quare non debetis triſtari: ſed potius ꝯſolari: eſt cõſideratio diuine volũtatis: cui debemus noſtram cõfoꝛmare in oĩbus: vt dic̃ Hiero. ĩ ep'la ad oꝛoſiũ conſolatoꝛia de moꝛte filie ſue. Reſurgere credimus nr̃os: et plangimus. q̃d faceremus ſi moꝛi pꝛeciperet tm̃ deus? Voluntas vtiqꝫ ſola ſufficere deberet ad ſolaciũ: cui nullũ affectũ pꝛeponere debemus. hec ille. Et in huius exemplũ narrat valeriꝰ lib. v. c. vj. itẽ Auguſti. lib. iiij. de ciui. dei ca. xx. ⁊ lib. v. c. xviij. ꝙ rome ĩ media parte foꝛi repentino hiatu terra aperta fuit: et iuſſerunt dij vt illud qđ romani haberẽt optimũ: immitterẽt. Quidã aũt curtius noĩe adoleſcens ⁊ genere nobiliſſimꝰ militaribus inſignijs oꝛnatus equũ aſcendit: eumqꝫ cũ calcaribꝰ vrgens in illud ꝓfundum ſe cũ equo immerſit. Si ergo paganꝰ nullã habẽs ſpeꝫ de reſurrectione / moꝛti ſe dedit: quia dij hoc iuſſerant: quanto magis nos xp̃iani nõ deberemꝰ de nr̃a vel amicoꝝ noſtroꝝ moꝛte dolere. ex quo ſcimꝰ deũ hoͤ ſic velle. Ergo dicit nobis ap'ls ĩ verbis pꝛeaſſumptis. Conſolamini inuicem in ꝟbis iſtis. Huic etiã ſententie ꝯcoꝛdat ſeneca ĩ ep'la ad lucillũ dicens. Placeat homini quicquid deo placet: ob hoc ipſum / quod deo placet. hec ille.

¶ Secũda cauſa et rõ ⁊c. eſt conſideratio equitatis: qꝛ licitũ eſt ac iuſtũ: vt vnuſq̇ſqꝫ quod ſuũ eſt: recipiat. vñ dicit Hiero. in ep'la ad tyꝛaſiũ conſolatoꝛia. Nihil abſtulit tuũ qui recipere dignatꝰ eſt ſuũ. Pꝛopꝛium creditũ recipe decuit creditoꝛẽ: et nihil aliud decet: qꝫ creatoꝛi gr̃as agere: et dicere cum iob. Dñs dedit: dñs abſtulit: ſicut dño placuit: ita factũ eſt. ſit nomen dñi benedictũ. hec ille. Etiam hoc requirit iuſticia. qꝛ tali ſentẽtia dãnati ſumus in pctõ ade. Gen. ij. In quacũqꝫ die comederis ex eo: moꝛte moꝛieris. Nullus debet cogitare ꝙ hanc ſnĩam poſſit euadere: qꝛ nec xp̃s eã euaſit. vñ btũs Bern. Qui non pepercit filio ſuo: quomõ parcet ſeruo ſuo? Sic moyſes et alij pꝛophete moꝛtui ſunt. hec ille. Exemplũ ad hoc habemus. narrat Iohãnes damaſcenus: ꝙ cum ioſaphat rex duceretur cuꝫ omni gaudio et omni genere muſicoꝝ: obuiũ habuit lepꝛoſum et cecum. Et cum quereret quid hoc eſſet. dictũ eſt ei: ꝙ he ſunt humane paſſiones et defectus: qui non ſunt oĩm: ſed eſſe poſſunt. Poſt cũ videret ſenẽ decrepitũ et incuruatũ incedentem cum baculo: interrogauit quid hoc eſſet. Rñderunt ei. ꝙ habent oẽs ad hoc deuenire: niſi moꝛs pꝛeoccupet etatẽ. nec põt homo viuere circa centũ annos. Hec audiens iuuenis cepit de moꝛte cogitare: et mũdana abhoꝛrere: ⁊ deſiderabat ſcire ſi eſſet alia vita. Si ergo iuſticia hoc exigit vt omnes moꝛiamur: apparet ꝙ vos ⁊c. non debetis dolere: ſed debetis conſolari. quia dicit̃ Eccl's. xij. Reuertat̃ puluis ĩ terram ſuam vnde erat: ⁊ ſpũs redeat ad deum qui dedit illum. ergo conſolamini inuicẽ in verbis iſtis.

¶ Tertia cauſa vel ratio eſt conſideratio neceſſitatis: qꝛ ſicut iſte moꝛtuus eſt: ita moꝛiemur et nos: nec ad hoc nos poterimus contradicere: nec fugere: ideo nõ debemus eos flere: qui nos pꝛeceſſerũt. vñ ſeneca in epiſtolari ad lucillũ. Que querela eſt? quod incõmodũ? ſi quod debeat deſinere deficit. quid abſurdiꝰ ꝙ̃ vt id qđ ſcias hominibus cõmune: quaſi ſpeciale deploꝛes? hec ille. Refert Auguſti. lib. de cura ꝓ moꝛtuis agenda de quodam rege pagano: ꝙ cũ dijs ſuis in templo ſacrificaret: nunciatur ei ꝙ filius ſuus obijſſet: qui non reliquit ſacra que gerebat manibus: nõ lachꝛymatꝰ eſt: nec omnino ſuſpirauit. ſed ait. ſepeliatur. memini genuiſſe me filium moꝛtalem. Et ſubdit Auguſti. ꝙ diabolus in iudicio dicet coꝛam xp̃o. Ecce hic cultoꝛ meus: cui nec reſurrectionem: nec paradiſum pꝛomiſeram. ꝓ moꝛte vnici nobilis ⁊ ſapiẽtis filij / ſacra mea non reliquit: neqꝫ fleuit: tui aut xp̃iani pꝛo quibus iam moꝛtuus es: vt moꝛtem non timerent: et eſſent de reſurrectione ſecuri: non ſolum lugent moꝛtuos et voce et habitu: ſed etiam ad eccleſiam ꝓcedere confunduntur. Et ideo quia ꝓpter luctum vel lachꝛymas nihil ꝓficitis: ſed potius deum / et aĩam veſtram grauatis: ideo conſulo ac ſupplico vobis: vt teneatis conſilium apoſtoli dicentis verba thematis. Cõſolamini inuicẽ in verbis iſtis. Et habebitis hic diuinam gratiam: et in futuro eternam gloꝛiam. ad quam ipſe filius dei nos perducat. Amen.

¶ Alia collatio pꝛo moꝛtuis.

a NOlite flere ſuper me. Luc. xxiij. Domini mei reuerendi / ſuper mortuis nõ debem⁹ flere: immo debemus moderari luctũ: et hoc propter tres rõnes. videlʒ

Primo quia vitam adeptus eſt immortalem.

Secundo quia miſeriam euaſit mũdialẽ.

Tertio quia luctus offendit valitudinem corporalem.

¶ Prima rõ q̃re de morte iſtius defuncti non debetis flere: eſt conſideratio ſuperne vtilitatis. qꝛ ipſe per mortẽ / vitam immortalẽ adeptus eſt. vnde Hieronymus ad theodorã de morte lucini viri ſui dicit Nos dolendi magis ſumus qui in prelio ſtamus: vulnera accipimus: vitijs ſordidamur: ꝙ ille qui mortuus eſt: qꝛ ille iam ſecurus et victor te aſpicit in excelſo: et iuxta ſe tibi locũ preparat. hec ille. In huius exemplũ legimus in lib. j. de ciui. dei cap. xxij. vbi dicit Auguſti. ꝙ quidã philoſoph⁹ Theobrotus noĩe dum libellum platonis de ĩmortalitate anime legeret volens et cupiens fieri immortalis: ſe precipitem dedit de muro: vt de hac vita migraret ad eam: quã credidit eſſe meliorem. Et democritus alter philoſoph⁹ dũ hunc finẽ ardenter appeteret: volẽs fieri immortalis ſe in ardentẽ montem cicilie dedit precipitẽ. Si ergo homines pagani tantã fidem dederunt dictis alteri⁹ pagani: quanto magis chriſtiani per dominũ noſtrũ de beata vita certificati: nõ debent de ſua vel ſuorũ morte dolere: vt ad beatam vitam poſſent pertingere. Vñ Ambroſius in ſumma lib. j. Fleant ſuos qui eos in perpetuum interijſſe exiſtimãt quia ſpem rationis non habent: nobis ꝟo quibus mori huius vite finis eſt: quia natura ipſa reparatur in melius: mortis caſus abſtergat oẽs fletus. hec ille. Si ergo iſte defunctus propter mortem conſecutus fuit (vt ſperamus) vitã immortalem: apparet ꝙ non debemus triſtari: ſed poti⁹ gaudere. ideo dicit verbũ themat̃. Nolite flere ſuper me.

¶ Secunda ratio quare ⁊c. quia ꝑ mortem liberatus eſt a preſentibus miſerijs ⁊ periculis. Ita dicit Hieronymus in ep̃la ad tiraſiũ cõſolatoria de morte filie. Plãgere nequaq̃ deberemus amicos de ſeculo recedentes: ſi ſeculi contra nos inimicitias minime ſentirem⁹: quid ergo ꝓ dormiente lachrymas fundis: quaſi neſcias quid in teipſo quotidie patiaris. propter hoc em̃ dñs diſcipulos admonet dicens. Si diligeretis me: gauderetis vtiq̃: quia vado ad patrem. hec ille. Huius exẽplum habemus in multis paganis: de quibus dicit ſolinus. ꝙ apud plurimos eſt conſuetudo: ꝙ quando puer naſcitur: parentes et amici faciũt planctũ magnum: ex eo ꝙ in hunc mundũ venit: vbi paſſurus eſt multiplices miſerias. quando ꝟo moritur: faciunt magnũ feſtuʒ: ex eo ꝙ de miſerijs huius mũdi exeat. Et ſi forte aliquis obijceret: ꝙ xp̃s in morte lazari fleuit. Rñdet Hierony. doluit lazarum non dormientẽ: ſed potius reſurgentem: ⁊ flebat quem cogebat propter alios ſaluandos ſeculo reuocare. hãc vitam dans ingemiſcebat: quam tu doles eſſe ſublataʒ: contra lachrymas eius lachryme tue pugnant: et amor tuus amori eius non conuenit. hec ille. Si ergo iſte defunct⁹ a preſentibus miſerijs per mortem liberatus eſt: apparet ꝙ non debetis flere de eius morte: quia dicit nobis. Nolite flere ⁊c.

b ¶ Tertia ratio quare ⁊c. quia eſt nobis damnoſum. Luctus em̃ ⁊ triſticia damnificant hominẽ in corpore: ſm̃ illud Eccl'i. xxx. Multos occidit triſticia: et non eſt vtilitas in illa. Ideo tales lugentes reprehendẽs Seneca in libro de remedijs fortuitorum / ita dicit. Stultus eſt qui mortem mortaliũ deflet. nil em̃ hoc nouũ aut mirum. De hoc etiã narrat valerius maxim⁹ ꝙ Anaxagoras audita morte filij ait Nil inquit inexpectatũ mihi annuncias: ego em̃ ex me natum ſciebam eſſe mortalem. Unde in huius exemplum legitur Ezechiel. xxiiij. ꝙ dñs dixit ezechieli. Fili hominis. ecce ego tollo a te deſiderabile oculoꝝ tuorum in plaga: ⁊ non planges: neq̃ plorabis: neq̃ fluent lachryme tue: ingemiſce tacens mortuoꝝ luctum non facies. Locutus ſum ergo (inquit ꝓpheta) ad populum mane: ⁊ mortua eſt vxor mea veſpere. Et ideo plorare non debemus: quia fletus eſt nobis et mortuo dãnoſus. Ideo vobis ꝓſulo vt vr̃i chari ⁊c.

vt audiatis que vobis dicit. Nolite flere ſuper me. que fuerũt verba mei themat̃.

¶ Alia collatio ꝓ mortuis.

a NOn cõtriſtemini ſicut et ceteri qui ſpem non habent. j. ad Theſſal. iiij. Si conſideremus ſeriem ſacre ſcripture: reperiemus manifeſte ꝙ vos ꝓpter tres rationes nõ debetis flere de morte. N. ⁊c. ſiue triſtari: ſed potius conſolari. videlʒ

Primo ꝓpter ꝯſiderationẽ diuine diſpoſitionis.

Scd̃o propter incõmoditatẽ veſtre afflictionis.

Tertio propter maiorẽ libertatẽ ad opera deuotionis.

¶ Prima ratio quare de morte vr̃i. N. ⁊c. contriſtari non debetis: ſed potius gaudere: eſt conſideratio diuine diſpoſitiõis que nouit q̃diu expediat viuere homini: et quando mori. Vñ Hierony. in epiſtola ad tiraſium conſolatoria dicit. Plãginus beneficia dñi qui nouit quid noſtre expediat ĩfirmitati. hoc eſt quod dñs dicit in euãgelio Matth. vj. Scit enim pater veſter quid opus ſit vobis. Ideo diuina ꝓuidentia magnã fecit veſtro charo gratiã. quia ſi diu vixiſſet: cum in vita multa ſint pericula: malicia mutaſſet intellectum eius: ⁊ maloꝝ veſtigia ſecutus fuiſſet. ideo quia placida erat deo anima illius: propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatũ. Sapiẽtie. iiij. Et in huius exemplũ legitur. iiij. Regum xxij. ꝙ ioſie regi iuda pro magno beneficio a deo promiſſum eſt: ꝙ ipſum citius ad patres ſuos in pace colligeret: ne mala ventura videret. Et ideo quia deo cura eſt de vobis: quare deo de toto debetis regratiari: quia pro meliori ſuo et veſtri ſic ordinauit. Ideo dicatis illud verbum Auguſtini in libro ſoliloquioꝝ. De ſalute (inquit) corporis mei quid mihi ſit vtile neſcio: tibi dñe hoc committo. hec ille. Ideo rogo vos vt nõ ꝯtriſtemini: ſic̃ ⁊c.

¶ Secũda ratio ⁊c. quia nec luctus: neq̃ triſticia mortuũ poteſt a morte reuocare: nec a pena liberare. ideo vanum eſt tales lugere. vnde dicit Seneca ĩ epiſtolari ad lucillũ. Non affligitur ſapiens in amiſſione liberoꝝ: nec amicorũ. eodẽ enĩ aĩo fert illorum mortem: quo expectat ſuam. ego em̃ illos habui tanq̃ amiſſurus: ⁊ amiſſi tanq̃ habeam. hec ille. Exemplum habemus de illo rege dauid ſanctiſſimo. Hic em̃ cum pro filio ſuo egrotante: vt legit̃ ij. Regum. xij. ſe coram dño ieiunijs ⁊ lachrymis afflixiſſet: mox vt de illius morte nunciũ audiuit: de terra ſurgẽs lachrymas abſterſit. Et cauſam requiſit⁹: reſpõdit. Propter infantem cum adhuc viueret ieiunaui et fleui: ſi forte dñs eum mihi donaret: nunc vero quia mortuus eſt: quare ieiuno? nunquid potero eum reuocare amplius? Ego magis ad eum vadã: ille ꝟo non reuertetur ad me. Sic ergo fecit apponi menſam et comedit: et cõſolatus eſt berſebee vxorem ſuam.

¶ Tertia ratio ⁊c. eſt conſideratio ꝓprie vtilitatis: quia facilius poteritis deo ſeruire. nam amici huius mundi frequẽter impediunt iter ſalutis. Nam ⁊ cor diligẽtis / ad mundũ alliciunt. et vt dicit Auguſtinus ſup Geñ. ſepe offendit de⁹: ne offendat amicus. ideo dñs papa (vt dicit) ad nullũ mortuũ ingreditur: quia ſacerdos et pontifex habet deo miniſtrare et ſeruire. Ideo dr̃ Leuitici. xxj. ꝙ de⁹ dixit. Pontifex ad omnẽ mortuũ non ingredietur omnino. Sup patre quoq̃ ſuo ⁊ matre ſua mortuis non contaminabitur: nec egreditur de ſanctis: ne polluat ſanctuariũ dñi: quia oleum ſancte vnctionis dei ſui ſuper eum eſt. De hoc habem⁹ exẽplum de ſctã malania: de qua dicit Hieronym⁹ in ep̃la ad paulã. Sancta malania nr̃i tẽporis ĩter xp̃ianos chriſtiana nobilis: q̃ caleſcente adhuc mariti corpe necdũm humato: duos perdidit filios. Rem dictur⁹ incredulã ſed veraʒ: ſtetit immobilis et obuoluta xp̃i pedibus q̃ſi ipſum teneret: adiunxit dicens. Expeditius tibi ſeruitura ſum dñe: qꝛ tanto onere me liberaſti. Cũ ergo modo poſſitis magis libere deo ſeruire: iõ non debetis ꝯtriſtari: ſed gaudere. Ideo placeat vobis diligenter audire ⁊ tenere conſiliũ apoſtoli dicẽtis verba thematis. Non cõtriſtemini ſicut ⁊ ceteri. Ad quam gloriã.

¶ Alia collatio ꝓ mortuis.

poteſt aliū ſuperbum ſuſtinere: et ideo dicit ſapiēs Prouerb. xiij. q: inter ſuperbos ſemꝑ iurgia ſunt. Ratio eſt: q: ſemꝑ ſuꝑ alios vult locari: ſicut caput ſuꝑ alia mēbra corporis. Et q: ſimilātur lucifero hic in ſuperbia: ideo erunt ſocij eius in inferno. quia ſicut dicit Tullius. ſimilitudo eſt mr̄ ſocietatis. Apparet ergo ꝙ caput huius ſtatue eſt ſuperbia oīm pctōꝝ caput ⁊ principiū. Et reuera ſi bene hō conſideraret: nō deberet de beneficijs ſibi a deo datis/quouis modo ſupbire: q: oīa redigentur in nihil in quibꝰ homo ſuperbit. Oīa em̄ opera hominis bona vel mala que fecerit: aſſociabunt eū in morte. Apoc. xiiij. Opera em̄ illoꝝ ſequūtur illos. Sequitur in figura: ꝙ ſtatua illa ſiue imago habebat pectus ⁊ brachia de argēto. per quod poteſt intelligi peccatū hypocriſis: ⁊ ſimulatio vite. Per brachia em̄ et manus: quibus mediātibus operatur. per pectus ṽo in quo ſeu circa qđ cor hoīs ſituatur. et ꝑ argentum quod eſt metallū ſonoroſum et dat alijs metallis ſonum: vt patet in campanis. Per iſta oīa intelliguntur hypocrite: qui oīa que faciunt et dicunt ad iſtum finē: vt videantur ab hominibus: et reputentur ſancti: et habeant nomen in iſto ſeculo. de quibꝰ dicit xp̄s Mat. vj. et. xxiij. Omnia opera ſua faciūt: vt videantur ab hoībus. Et iſti ſꝫm ſnīam ſaluatoris/receperunt mercedē ſuā. Iſti nāqꝫ tales aſſimilātur ſauli regi de quo legitur. j. Reg. xv. ꝙ deus precepit ſibi ꝙ iret in terram amalech dicēs. Uade et percute amalech: ⁊ demolire vniuerſa eius. nō parcas ei: ⁊ non cōcupiſcas ex rebus ipſius aliquid: ſed interfice a viro vſqꝫ ad mulierē ⁊ paruulum atqꝫ lactentē: bouē et ouē: camelum et aſinū. et ſequit̄. Percuſſit amalech: et omne vulgus interfecit in ore gladij. Sed dicit̄ ibi ꝙ pepercit ſaul optimis gregibꝰ ouiū et armentoꝝ et veſtibus ⁊ arietibus ⁊ vniuerſis que pulchra erāt: neqꝫ voluit diſꝑdere ea. quicquid ṽo vile fuit et reprobū: hoc demoliti ſunt. Unde iratus dn̄s ꝯtra ſaul eo ꝙ propter auariciam fregerat preceptū dn̄i: miſit ad eū ſamuelē prophetā: qui ipſum reprehenderet: ſed ſaul excuſauit ſe falſe: ⁊ volens apparere iuſtus ⁊ immunis: retorſit peccatū in populū dicēs. De amalech adduxerūt ea. pepercit enim populus melioribus ouibus ⁊ armentis: vt immolarentur dn̄o deo tuo: reliqua ṽo occidimus. Qua de cauſa fuit priuatꝰ regno: et tādem mortuus mala morte. A ſimili multi ſunt in hoc mundo: qui oſtendunt alijs bonum vultū. bona verba ſicut faciunt hypocrite: ſed in corde geſtant venenū. pſ. xxvij. Loquūtur pacem cum ꝓximo ſuo: mala autē in cordibus eoꝝ. Omnia enim faciūt vt poſſint proximos ſuos decipere vel confundere. Sic fecerunt iudei contra xp̄m: qm̄ abeuntes cū herodianis cōſiliū inierunt: vt caperent ieſum in ſermone dicētes. Magiſter ſcimus q: verax es ⁊c̄. Mat. xxij. Ecce verba adulatoria. applica. ⁊ ideo dr̄ Eſaie. ix. Omnis hypocrita erit nequā. Et talis ſimulatio vite: ſi bene conſideres: modicū durat: quia vt dicitur Iob. xx. Gaudium hypocrite ad inſtar puncti. Sequit̄ in figura: ꝙ ſtatua illa habebat ventrē ⁊ femora ex ere. Dicit em̄ Iſido. xx. etymolo. q: es dr̄ ab aere: ex eo ꝙ eūdem colorem habeat cū aere celi. et cōiter nos dicimus arābre. Celū em̄ habet colorē liuidū. ſ. cardeno. Sic per iſtud metallū intelligi pōt pctm̄ inuidie: q: facit cor hoīs liuidum: ſicut qn̄ corpus ſiue plaga ex percuſſione efficit̄ liuida: ⁊ liuore circundata. Et ſicut es habet ſonum obſcurū et non clarū: ita inuidus ſonat murmurando de bono proximi: ſed nō clare ⁊ publice: ſed occulte in angulis ſpecialiter infra ſe in corde ſuo: ſi videat proximū ſuū proſperari cū maxima diſplicentia. Unde inuidi ſunt ſimiles iudeis xp̄o inuidentibus: q̄ propter inuidiā tradiderunt eū pōtio pilato vt habetur Mat. xxvij. ⁊ Mar. xv. Sic peſſimi inuidi inuidētes bone fame: bone vite proximoꝝ ſuoꝝ: et alijs bonis que deus dat eis: accuſant ⁊ infamāt eos: et deſiderant mortem eis. Sunt etiā inuidi ſimiles fratribus ioſeph: qui voluerunt eū occidere: et finaliter vendiderunt eum hiſmaelitis in egyptum. vt habetur Gen̄. xxxvij. ⁊ hoc totū propter inuidiam: q: videbatur eis ꝙ pater eoꝝ plus diligebat ioſeph q̄ alios filios. Hic dilata materiam. Ideo dr̄ Eccli. xiiij. Nequā eſt oculus inuidi. q: ſemper dolet de bonis proximi ſui. vnde Seneca. Utinam inuidi oculos haberēt in oībus ciuitatibꝰ: vt de omniū felicitatibus torquerentur. Et ideo dicit beatus Aug. Ubi eſt inuidia: amor ſupernus eſſe non poteſt. Debet ergo pctōꝝ

inuidus inungere cor ſuū ⁊ aīam oleo pietatis et charitatis: ne rubigo peccati inuidie regnet in eo. Apparet ergo qualiter ꝑ es intelligitur peccatū inuidie. Sequitur vltra ī figura: ꝙ imago illa ſiue ſtatua habebat tibias ex ferro. per quod congrue ſignificari poteſt peccatū ire. Ferrū em̄ eſt metallū forte in ſe: et ſuperat et conſumit alia metalla ſua fortitudine. Sic peccatū ire ſuper alia pctā ſuperat: et eleuat cor: ⁊ conſumit rationē et intellectū: ⁊ facit perdere amicitiā. Sap. x. Per irā homicidij fraternitas deperijt. per iram em̄ occidit cayn fratrem ſuū abel. Ideo dicit proſper in lib. de vita cōtēplatiua. Per irā ſapientia perditur: iuſticia relinquitur: ſocietas amoris diſſoluitur: pacis cōcordia rumpitur: lex veritatis amittitur. hec ille. Et beatus Aug. in quadā epiſtola: ꝙ ſicut fel et acetū corrūpunt vas: ſi multū ibi fuerint: ſic ira. dicit in pſ. xxxvj. Deſine ab ira ⁊ derelinque furorem. O quot ſunt hoīes hodie in mūdo qui in domibus ſuis ira ſunt irati. ita furioſi contra vxorē et familiam: ꝙ vix aut nullo modo pn̄t ſuſtineri. Iſti tales non vtendo ratione: ſed voluntate: nō ſunt dicendi hoīes: ſed beſtiales et demones. ad Gala. v. inter opera carnis ponunt̄ ire ⁊ rixe. Apparet ergo qualiter peccatū ire ſignificatur per ferrū. Sequit̄ vltra in figura: ꝙ quedā pars pedū illiꝰ ſtatue erat ferrea: et quedā fictilis. per quod cōgrue ſignificari poteſt peccatū luxurie. Per pedes em̄ qui ſemꝑ adherent terre et luto ⁊ immundicijs/in ſacra ſcriptura ſignificātur deſideria et delectatiōes ⁊ affectiones carnales: que ſemper adherēt immūdicijs et vilitatibꝰ luxurie. Et ſicut corpus vadit quo vult mediantibꝰ pedibus: ſic anima maliuola vadit in diuerſa pctā luxurie mediātibus cogitationibus ⁊ deſiderijs immundis: intantum ꝙ homo luxurioſus eſt cauſa ꝙ multi cadāt in pctm̄ luxurie vnde offendat̄ deus. de quibꝰ loq̄tur beatus Petrus aplſ. ij. cano. ij. ca. di. Multi ſequentur eoꝝ luxurias per quos via veritatis blaſphemabitur. De iſto peccato loquēs beatus Greg. in mora. dicit. Ex quo luxuria mētem hoīs occupauerit ſemel: vix eū bona cogitare ꝑmittit. Sūt em̄ viſcoſa hmōi deſideria: q: ex ſuggeſtione orit̄ cogitatio: ex cogitatione affectio: ex affectione delectatio: ex delectatione cōſenſus: ex conſenſu operatio: ex operatione conſuetudo: ex conſuetudine deſperatio: ex deſperatione pctī defenſio: ex pctī defenſione gloriatio: ex gloriatione dānatio. Hiero. etiā loquēs de effectibus luxurie in quadā epiſtola dicit ſic. O ignis infernalis luxuria: cuius materia gula: cuiꝰ flāma ſuperbia: cuius ſcintille praua colloquia: cuiꝰ infamia fumus: cuiꝰ cinis inopia: cuius finis gehēna: hec ille. Et ratio eſt: q: cū nihil immūdū intret in illā ciuitatē mūdiſſimā paradiſi: opꝫ ꝙ immundi luxurioſi deſcendāt in cloacā inferni. Apparet igit̄ qualiter per ſtatuā illā ſiue imaginē ex diuerſis rebꝰ factā intelligi pōt vita pctōris multis ⁊ diuerſis vitijs ⁊ peccatis occupata: que quidē pctā faciunt vnū corpus ad ſimilitudinē ſtatue per malā vitam ⁊c̄. Ad quam gloriam ipſe filius dei nos perducat. Amen.

¶ Alia figura ſatis grata.

Legitur Numeri. xxij. ꝙ filij iſrael ꝓfecti ſunt de mōte hor poſt mortem aarō per viam que ducit ad mare rubrum ⁊ tedere cepit populū itineris ac laboris: locutuſqꝫ ꝯ dn̄m et moyſen: ait. Cur eduxiſti nos de egypto: vt moreremur in ſolitudine? Deeſt panis. nō ſunt aque. aīa nr̄a iā nauſeat ſuꝑ cibo iſto leuiſſimo. Quāobrē miſit dn̄s in populū ignitos ſerpētes: ad quoꝝ plagas ⁊ mortes plurimoꝝ venerūt ad moyſen atqꝫ dixerūt. Peccauimꝰ q: locuti ſumꝰ ꝯ dn̄m ⁊ te. Ora vt tollant̄ a nobis ſerpētes. Orauitqꝫ moyſes ꝓ pplo. ⁊ locutꝰ eſt dn̄s ad eū. Fac ſerpentē eneū: ⁊ pone ꝓ ſigno. qui percuſſus aſpexerit eū: viuet. Fecit ergo moyſes ſerpentē eneū: ⁊ poſuit eū pro ſigno. quē percuſſi aſpicientes ſenabantur. Moraliter per populum iſrael eductū ꝑ moyſen de egypto/de poteſtate pharaonis pōt intelligi ppl's xp̄ianus. ꝑ moyſen pōt ītelligi dn̄s ieſus xp̄s. Moyſes em̄ interpretatur aſſumptus de aqua vel eleuatꝰ: et ſignificat xp̄m: q̄ fuit eleuatus ⁊ aſſumptus de aquis delitiarū et omi pctō: ſicut dr̄. j. Pet. ij. Qui pctm̄ nō fecit: nec inuentꝰ eſt dolus in ore eius. Moyſes ergo. i. xp̄s eduxit populū iſrl'. i. pplm xp̄ianū/ſignificatū ꝑ iſrael. Iſrael interpretatur vir vidēs deū. ppl's xp̄ianꝰ

videt deum per fideꝫ. eduxit de poteſtate
pharaonis.i.diaboli merito ſue paſſiōis
de terra egypti.i.de tenebris pctōꝝ.egy
ptꝰ em̄ interptaꝛ tenebra.et pctm̄ ī ſacra
ſcriptura intelligitur ꝑ tenebrā:quia ad
modū tenebrarū reddit aīam obſcurā in
grā: ita ꝙ caret lumine veritatis et iuſti
cie:et tollit oēm noticiā dei. Iſte moyſes
.i.xp̄s educit nos de egypto.i. de obſcuri
tate peccati ꝑ ſacramētū baptiſmi. Edu-
cit nos ſicut moyſes duxit populū per de
ſertū.ſ.penitētie/ ad terrā ꝓmiſſionis.i.
ad patriā paradiſi:que om̄i fideli xp̄iano
ꝓmittitur:ad quā debemus ire ꝑ deſertū
penitētie aſperrime:ſicut deſertū eſt aſpe
rum ⁊ tedioſum. Sed dr̄ in textu ꝙ popu
lus deſcendit de monte hor.ſic pctōres ꝑ
pctm̄ deſcendūt de monte grē et amoris
dei per viā que ducit ad mare.i.ad infer-
nū plenū amaritudine et dolore. Sed dr̄
vltra ꝙ populus murmurando locutus
eſt contra dn̄m et moyſen. qꝛ ſunt multi
mali xp̄iani:qui nō ceſſant opari et dice-
re multa mala grauia. ⁊ hoc eſt dicere ma
lum ꝯ deum:et ꝯtra grās et bn̄ficia q̄ re-
ceperūt a xp̄o vero deo et hoīe iurando ⁊
blaſphemando in ꝑiudiciū dei et totius
glorie celeſtis.propter qđ mittit deus il-
lis ignitos ſerpētes.i.demones q̄ tentēt
eos et mordeant faciendo eos cadere de
peccato in pctm̄: qꝛ ſic dicit beatꝰ Greg.
pctm̄ qđ per penitentiā nō diluitur:mox
ſuo pondere ad aliud trahit. Et illi demo
nes dicunꝛ igniti ſerpētes: qꝛ immittunt
ignitam et ardentē cupiditatē luxurie: vt
ſic tandē tradant eos ad incendiū infer-
nale. Et propter hoc quilibet pctōr q̄ ſen
tit ſe a ſerpētibus vulneratū: debꝫ curre-
re ad moyſen.i.ad ꝯfeſſorē cōfitendo pec
cata ſua:⁊ ſupplicādo ꝙ oret deū pro eo:
⁊ ceſſent ſerpētes a morſibus venenoſis
.i. ꝙ auferat ſibi tētationes diabolicas:
vt diabolꝰ non poſſit ſibi nocere. Et tūc
rn̄det deꝰ ꝙ faciat ſerpētē eneū:⁊ eleuet:
et ponat eū in palo. Per iſtū ſerpentem
eneū:qui erat ſimilis alteri ſerpēti in fi-
gura:⁊ nō in materia:ſignificaꝛ humani
tas xp̄i.ſiue corpꝰ eius: q̄ erat ſimilis al-
teri hoī pctōri:ſed nō fuit pctōr:qꝛ nō ve
nit in carne pctī:ſed ī ſimilitudine carnis
pctī. Per lignū in quo fuit ſerpēs ille ele
uatus:ſignificaꝛ crux xp̄i: in qua xp̄s ele-
uatus ⁊ crucifixus fuit. Et ſicut oēs illi q̄
aſpiciebant in illū ſerpētem: ſanabanꝛ a
morſibus ſerpentiū: ſic quilibet peccator
ſi firmiter et deuote contēpleꝛ paſſionem
xp̄i in cruce pēdentis:contēnet omnē car
nalem delectationē/⁊ mundanā vanita-
tem:q̄ a demonibꝰ ſerpentibus mordeba
tur:⁊ libenter faciet penitētiā amore dei
pro peccatis ſuis:per quā merebiꝛ a mor
ſibus demonioꝝ liberari:et gratiā conſe-
qui in p̄nti:⁊ tandē in futuro gloriam. Et
circa hāc materiā moraliter inſiſtendo:no
ueritis ꝙ pBus tractans de ꝓprietatibꝰ
ſerpentiū/et aliarū beſtiarum/dicit:ꝙ in
paleſtina ſunt multi ⁊ diuerſi ſerpētes.

Aliqui ſunt ita groſſi ſicut bos⁊ comedūt
ſimul:et interficerēt vnū ceruum:et ali-
quādo volant per aerē eleuati a terra.

Aliqui ſunt qui h̄nt duo capita: qui vo-
canꝛ amfiſibona: qui emittunt venenū
per vtrūq; caput.

Aliqui ſunt ſerpentes valde nigri et cali
diſſime nature.

Aliqui ſunt q̄ viuūt in paludibꝰ et aquis
congregatis.

Aliqui ſunt natura frigidiſſimi: ⁊ ſunt in
nemoribus ſemper ſub vmbra.

Aliqui ſunt ſemper ſub terra: et comedūt
terrā⁊ de illa viuunt.

Aliqui ſunt qui ſemper comedunt quic-
quid poſſunt habere ⁊ nunq̄ ſatianꝛ.

¶ Per proprietates horū ſerpentium in-
telliguntur ſeptem peccata mortalia: a
quibus multi homines et femine ſunt in
hoc mūdo vulnerati:et eorum morſibus
lacerati.

¶ Primus ſerpens magnus ſicut bos vo
lans per aera ſignificat pctm̄ ſuperbie et
arrogantie. Facit em̄ ſuperbia hoīem vo
lare ꝯſiderando ſuam generoſitatem / et
pulchritudinē/fortitudinē/ſcientiā/ſuaꝝ
diuitiarū abundantiā et ſimilia. Et ſi bn̄
ꝯſideraret infelix ſuperbus: magis debe
ret humiliari ex conſideratione taliū: q̄
extolli. qꝛ oīa illa dona dei ſunt. et debe-
ret referre grās deo bonorum omniū lar-
gitori.et quanto plus accepit a deo: tāto
plus obligaꝛ. quia ſicut dicit Gregorius
cū dona creſcūt:et gratiarum actio creſce
re debꝫ. qꝛ ſm̄ Bern̄ nō eſt dignus dādis:
qui nō agit grās de datis. Sed oppoſitū
faciūt ſuperbi:qꝛ contēnunt deum: et fre
quēter blaſphemāt:et contēnunt ꝓximū
et frequēter iniuriānꝛ et ledunt. vn̄ btūs

Augu.ſcribēs cuidā comiti dicit. Humili
tas hoīes ſanctis angelis ſimiles facit: ⁊
ſuperbia ex angelis demones facit. Et vt
euidēter oſtēdā:ipſa eſt oīm pctōꝝ initiū
finis et cauſa: qꝛ nullū peccatū ſine ſuper
bia cōmittiꝛ:qꝛ peccādo pctōr facit cōtra
volūtatē dei. Adā fecit cōtra ꝓhibitionē
dei et credidit diabolo dicēti ꝙ eſſet ſicut
deus. Gen̄.iij.ecce ſuperbia. Nabuchodo
noſor ꝓpter ſuā ſuperbiā fuit expulſus de
regno:et comedit herbas: et fenum ſicut
bos:⁊ cū feris fuit habitatio eiꝰ.⁊ ſic fuit
quouſq; cognouit ſuā ſuperbiā:⁊ fuit co-
rā deo humiliatus. Dan̄.iiij. Abſalon qui
tantū ſuꝑbiuit de pulchritudine capilloꝝ
de eiſdē fuit in quercu ſuſpēſus. ij. Reg.
xviij. Saul q̄ primo propter ſuā humilita
tē fuit in regē aſſumptus: ꝓpter ſuā ſuꝑ-
biam fuit a regno priuatus ⁊ mala morte
mortuus.vt pꝫ.j.lib.Reg. Superbia er
go ⁊ preſumptio eſt pctm̄ ducēs ad mortē
hominē ⁊ ad infernū. Legiꝛ em̄ in quadā
hiſtoria romana: ꝙ in curia Karoli regis
magni erat quidā miles fortis valde⁊ ſtre
nuus in armis: qua de cauſa ipe preſume
bat multū de ſeipſo:erat multū ſuꝑbus:⁊
cōtēnebat quēcūq;:ſed cōtigit quadā die
ꝙ arripuit eū febris magna. Rex vo hoc
audiēs venit ad viſitandū eū:qꝛ diligebat
eū ꝓpter ſuā ſtrenuitatē et fortitudinē: ⁊
dixit ei ꝙ cōfiteretur. Et miles rn̄dit. Dn̄e
mi rex nolo modo cōfiteri: qꝛ dicereꝛ ꝙ ꝓ
pter timorē mortis fui cōfeſſus. ⁊ nolo ꝙ
aliquis dicat ꝙ ego timeo mortē. Sed fe
bris continua ipm̄ inquietabat: ⁊ tn̄ nole
bat cōfiteri. Poſt aliquot dies inualeſcen
te infirmitate: miles erat iam in periculo
mortis. Sed rex Karolus iterato eum viſi
tās dixit ſibi: ꝙ male faciebat qꝛ nolebat
cōfiteri. Et rn̄dit miles. Dn̄e mi rex iā non
eſt tēpus cōfitēdi decetero. Dixit rex ſibi.
Nolite diffidere et deſperare de dei mīa:
qm̄ ipſe oī tpe eſt preſto ad parcēdū ⁊ dā-
dū veniā cuicūq; petēti humiliter et cōtri
to. Et miles reſpōdit. Vere dn̄e mi rex/nō
tranſiuit magnū ſpaciū:ꝙ venit vnus an
gelus bonus:⁊ oſ̄dit mihi in ſcriptis oīa
bona q̄ ego feci in hoc mūdo:⁊ erāt valde
pauca. et ſtatim poſtq̄ angelus ille bonꝰ
receſſit: venerūt ad me duo hoīes:q̄ oſtē-
derūt mihi in ſcriptis oīa mala q̄ ego feci
a pueritia mea vſq; nūc:et tot ſunt ꝙ nul
la pn̄ia poſſet ſufficere. et fuit dictū mihi
dn̄e rex: qꝛ ex quo in vita mea fui ſociꝰ de
monioꝝ ꝑ ſuꝑbiā/et vite imitationē: opꝫ
ꝙ ſim etiā poſt mortē ſociꝰ ipſoꝝ in dāna-
tionem:ad quos ſtatim vado via recta:et
his dictis expirauit. Et iō dicit btūs Au-
gu.et hr̄ in.iiij.ſen. tali aīaduerſione ꝑcu-
tiꝛ pctōr vt moriēs obliuiſcaꝛ ſui:q̄ viuēs
oblitꝰ eſt dei creatoris ſui. Et iō dicit bea
tus Hiero.ꝙ ſicut ſuperbia eſt initiū oīm
peccatoꝝ:ita eſt deſtructio omnium virtu
tum et omnium bonorum.

¶ Et per ſcđm ſerpētē habētē duo capita
emittētia venenū:ſignificaꝛ inuidus hō:
qui de quocūq; bono proximi ſui dolet:⁊
de oībus male loquiꝛ. De iſto pctō īuidie
loquēs Anſel.in lib.collationū dic̄. Inui-
dia cūcta crimina cōcitat: cūcta bona pe-
ſtifero morbo deuorat. Legiꝛ ꝙ quidā rex
voluit ſcire et ꝓbare qđ erat maius pctm̄
inuidia/vel auaricia: et fecit q̄ri duos ho
mines: quoꝝ vnus erat nimis inuidus:⁊
alter maximus vſurarius.⁊ dixit eis ꝙ pe
terēt quācūq; gratiā voluiſſent:⁊ ipſe cō-
cederet eis quicquid peterēt. Et ambo ta
cuerūt:⁊ nihil petierunt. et inuidus nole
bat petere primo: ne poſtea auarꝰ ampliꝰ
peteret vnde ipſe doleret. Auarus etiā no
luit primo petere cupiēs magis habere ꝓ
ſe q̄ ꝓ alio. Et ſic vnus rōne alterius non
petebat:neq; audebat: ⁊ ſic fuerūt ꝑ tres
dies. Die vo tertia accerſitis ambobus:
dixit rex ꝙ peterēt expedite:quia nolebat
ampliꝰ expectare. Tūc inuidus vidēs hoc
dixit. Dn̄e mi rex iſte auarus nō vult ꝑmo
petere vt poſt me ampliꝰ petat ꝓpter ſuā
auariciā:ego vo nollē petere primo:ne ip
ſe tātū petat:ꝙ ego ꝓpter meā inuidiam
inde habeā dolorē et diſplicētiā:ſꝫ ex quo
ꝑmo cogor petere:⁊ vos dn̄e mi rex ꝓmiſi
ſtis ꝙ q̄cq̄d peterē mihi cōcedereꝛ:ne ha-
beā dolorē ⁊ diſplicētiā iſtiꝰ boni: peto ꝙ
eruatur mihi oculus vnꝰ:⁊ iſte careat am
bobus:qđ ⁊ factū fuit. Vn̄ tot hoīes ſunt
in mūdo pleni tāta inuidia: ꝙ ipſi vellēt
perdere aliquā partē de bonis ſuis:vt ꝓ-
ximus ſuus perderet ſuum totū quod ho
bet. Et ideo dicit beatus Aug. vbi īuidia
eſt:amor dei eſſe non poteſt. ꝑ inuidiā em̄
cayn occidit fratrem ſuum abel.

¶ Per tertiū ſerpētē nigrū ⁊ calidū/ intel
ligo pctm̄ ire ⁊ iracūdie. Homo em̄ iracū
dus ſemꝑ ē nigri coloris: ⁊ ardēs ī corde
nō pōt quieſcere:q̄n cū iſto vel cū illo ha-

beat litigare: et iō dꝛ Prouerb. xv. et. xxix. Vir iracūdus ꝓuocat rixas. et ibidē cap. xxvj. Hō iracundus ſuſcitat rixas. Semꝑ eſt crudelis. nulli cōpatit̄. de oībꝰ ſe vult vindicare. ⁊ iō dꝛ Prouer. xxvij. Ira nō hꝫ miām. Et iō dicit Hugo de ſctō victore: ꝙ ira eſt animi ſubita tēpeſtas: q̄ dū inordinate ſe concutit: cor hoīs ad inſaniā ꝑtrahit. Exēplū habet̄ de hoc. ij. Reg. xvij. de achitofel qui ſuſpendit ſe pre ira.

¶ Per quartū ſerpētē q̄ eſt in paludibꝰ et aquis: intelligit̄ pctm̄ luxurie ⁊ carnalitatis. qꝛ hoīes luxurioſi ita delectant̄ in carnali immūdicia ſicut ſerpētes in ceno ⁊ luto. de q̄bus dꝛ Eſa. xxxiiij. De cadaueribꝰ eoꝝ aſcēdet fetor. vn̄ Augu. dicit. Luxuria eſt ignis deſcēdēs ad infernū: ⁊ fetor aſcēdēs ad celū. famā tollit: pecuniā cōſumit: oculoꝝ cecitatē inducit: corpori infirmitatē adducit: corpus ſimul ⁊ aīam portat in infernū. Cui alludēs Hiero. in quadā epiſtola ſic dic̄. O ignis īfernalis luxuria: cuius materia gula ⁊c̄. Iuſtū eſt vt q̄ in preſenti vita voluit in fetore immūdicie viuere: ꝙ in alia ſit in pena et fetore ⁊ ardore.

¶ Per ſerpētes ꝟo qui ſunt frigidiſſimi: ⁊ volūt eſſe ſemꝑ ſub vmbra: intelligit̄ peccatū pigritie et accidie. multi em̄ ſunt pigri ⁊ inertes: q̄ nūꝙ̄ loquunt̄: nec operantur bona: nec laborāt circa ſpūalia ⁊ circa ſalutē aīarū ſuarū. Hic dicas de ocioſis q̄bus dixit pr̄familias. Quid ſtatis hic tota die ocioſi ⁊c̄. Mat. xx. dilata. Cuilibet taliū dicit Chryſ. ſuꝑ Ioh. Noli eē piger in opere: cuiꝰ mercedē deſideras: qꝛ vnuſquiſqꝫ recipiet mercedē ſm̄ ſuū laborem. Vn̄ Bern. Accidia nihil aliud eſt niſi q̄dā mentis excecatio: qua hō timet bona aliqua incipere: et incepta perficere.

¶ Per ſerpētes q̄ quaſi nūꝙ̄ ſatiant̄: itelligit̄ pctm̄ gule. Hō em̄ guloſus nullo tēpore ſatiat̄: nec cōtentat̄ cibarijs vniꝰ ſpeciei: ſed multū cupit ⁊ capit: ⁊ iō cōparat̄ beſtijs q̄ ſemꝑ comedūt. ⁊ iō Sene. ī epl'a lxj. loquens ꝯ tales dicit. Ventri obedientes aīaliū numero cōputantur: nō hoīm. Cauſa qꝛ nō ſequūtur rōnē. Narrat Beda in lib. de geſtis angloꝝ: ꝙ in quodā cenobio monachoꝝ fuit q̄dā monachꝰ q̄ fingebat ſe virū magne honeſtatis ⁊ abſtinentie corā alijs monachis in publico: ſꝫ ſeorſum ⁊ in occulto erat magnꝰ vorator ⁊ guloſus: ita ꝙ nūꝙ̄ ieiunabat. tādē venit in infirmitatem magnā vſqꝫ ad mortē. Fratres aūt ſui cōſolabant̄ eū ī ſua infirmitate: et credētes eū eē talē: qualis exteriꝰ apparebat: rogauerūt eū ꝙ ī exitu ſuo daret eis aliquā bonā doctrinā: vt ſua memoria in ꝑpetuū maneret. Quibꝰ ipe r̄ndit. Chariſſimi fratres ego nunꝙ̄ fui talis ſicut de me preſumebatis: qꝛ ego vſurpaui nomē xp̄iani: ⁊ falſe fui vocatꝰ xp̄ianꝰ: qꝛ nūꝙ̄ feci opera boni xp̄iani: ſꝫ ſemꝑ male vixi: et nūꝙ̄ ieiunaui licꝫ oñdebā me abſtinētē: ⁊ iō noueritis qꝛ video infernū mihi ꝑparatū: vbi eſt vnꝰ locꝰ ſpecialis ꝓ me: vbi ſūt nero q̄ petrū ⁊ paulū occidit: ⁊ pilatꝰ qui xp̄m ad mortē condēnauit: ⁊ ſtatim ibi vado. ⁊ his dictis expirauit. Pctm̄ gule multis nocuit. Nā adā p̄mꝰ hō ꝑ gulā fuit de paradiſo eiectus. Holofernes per iudith decapitatꝰ. Syſara latere ſauciatꝰ ꝑ feminā vnā fuit cū clauo īterfectꝰ. Iudicū. iiij. Quātū etiā noceat p̄ſentibꝰ viuētibus: ipſa experientia edocemur.

¶ Per ſerpētes qui ſemꝑ ſunt ſub terra et comedūt terrā: ⁊ etiā de illa viuūt: intelligit̄ hō auarꝰ ⁊ vſurariꝰ: q̄ ſemꝑ cogitat de terrenis: ⁊ congregat diuitias: ⁊ totā ſuā ſpē ponit ī eiſdē: de q̄ dicit Aug̃. Auarꝰ ſimilis eſt īferno: q̄ ſi oēs q̄ ſunt in mūdo: ⁊ aīas q̄ ſunt ī celo et ī purgatorio: recipet: nūꝙ̄ ſatiaret̄. Ita auarus ſi oēs diuitias mūdi: ⁊ etiā theſauros abſcōditos haberet: nūꝙ̄ cōtētaret̄: qꝛ vt dicit ſapiēs Eccī xiiij. inſatiabilis eſt oculus cupidi. i. voluntas. ⁊ iō dicit q̄dā glo. ſuꝑ Sal'. v. ꝙ diuitijs ſeruire deū negare ē. ⁊ iō finis taliū ē infernꝰ. Legit̄ in Exodo ꝙ pharao ꝓpter auariciā ꝑſequebat̄ ppl'm iſrl': volēs eos ſub ſuo dn̄io iterū ſubiugare: ⁊ final'r ſubmerſus eſt in mari rubro cū ſuis curribꝰ ⁊ equitibꝰ. Exo. xv. Sic cōtingit de auaris ⁊ vſurarijs: qꝛ de male acq̄ſitis nō gaudebit tertiꝰ heres. Legit̄ ꝙ fuit q̄dā hō: qui habuit duos filios: ⁊ volens ſeu cupiens eos diuites heredes relīquere: laborauit oībus modis q̄bꝰ poterat iuſte vel iniuſte multas coaceruare diuitias: et facere ſeu cōmittere multa mala. Filiꝰ aūt ſuus maior vidēs ꝙ pr̄ ſuꝰ male ⁊ iniuſte cōgregabat diuitias: vt ſe ⁊ fratrē ſuū diuites poſt mortē dimitteret: noluit recipere ꝑtē hereditatis ꝑtinētē ad ip̄m: ſꝫ relicto ſeculo heremiticam vitā duxit: etiā ⁊ deo ſe totū dedicauit. Frater ꝟo minor ſuꝰ habuit to

tā hereditatē: quā pr̄ ſuꝰ ī vita ſibi donauit. Mortuꝰ eſt tādē pr̄: et nō poſt multū tp̄is / mortuꝰ eſt filiꝰ minor oībꝰ iā poſſeſſionibꝰ cōſummatis. Filiꝰ autē maior orabat ad deū quotidie ī ſuis orōnibꝰ ꝓ eis. Quadā autē die ſic orāti apparuit angelꝰ dei: ⁊ duxit eū ad quēdā locū: vbi erat vnꝰ magnꝰ puteꝰ. ⁊ dixit ſibi angelꝰ ꝙ reſpiceret inferiꝰ in illū puteū. Et reſpiciēs inferius vidit q̄dā flumē magnū de plūbo liquefacto currente ſine aq̄: in quo flumine erāt rote ſicut ī molēdinis: ⁊ rote ille erāt plene capitibus hoīm ⁊ mulierū: rotātes in gyrū: ⁊ plūbū illud ingrediebat̄ ꝑ ora: et egrediebat̄ ꝑ guttura. Et cū ſic aliquantulū aſpiceret rotas gyrantes: ecce ſubito vidit in illis tormētis patrē ſuū ⁊ fratrē ſibijnuicē maledicētes: ⁊ deū et ſctōs blaſphemātes: et ſibijnuicē facies cū dētibus mordentes ⁊ comedentes. Et ſic viſio illa diſparuit. Et dixit ei angelꝰ in eternū puniētur illa pena ꝓpter ſuā auariciā. Et iō dicit ſapiēs Eccl'i. x. Auaro nihil eſt ſceleſtius. i. maiꝰ crimē q̄ vellet ꝙ nullꝰ eēt: vt ipe ſolus oēs diuitias poſſet hr̄e. Pꝫ g̊ ex dictis q̄liter diuerſi hoīes diuerſis morſibus diuerſoꝝ ſerpētū mordent̄. i. diuerſis tētationibꝰ diuerſoꝝ pctōꝝ inuoluunt̄: et multi ex talibꝰ morſibꝰ pereūt ⁊ dānātur. Videat g̊ vnuſquiſqꝫ ſeipſum: ⁊ ſi videt ſe ex his ſerpētibꝰ vulneratū: q̄rat medicū. ſ. bonū cōfeſſorē: oſtēdat vulnꝰ: ⁊ petat medelā. ſ. pn̄iam ⁊ a xp̄o miam di. Miſerere mihi fili dauid ⁊c̄. Ad quā gl'iam ⁊c̄.

¶ Alia figura ſatis grata.

LEgitur ꝙ quidā rex fecerat ſibi ciuitatē: qui nihil plꝰ deſiderabat: niſi ꝙ ppl's ſibi ſubditꝰ viueret in ea iocūde ⁊ pacifice ⁊ quiete: ⁊ ꝙ haberet bona iura: bonas leges ⁊ doctrinas: ac bonos mores. Et qꝛ intellexit ꝙ ī iuſticia ſunt oēs ꝟtutes: voluit ꝙ ciuitas iuſticie vocaret̄: ⁊ iō prouidit ſibi de quattuor ph'is melioribꝰ mūdi et fecit eos habitare ad q̄ttuor ꝑtes ciuitatis: ⁊ rogauit vt ibi ꝑ annū morarent̄: ⁊ ſi quid inuenirēt cōtra dicta que deſiderabat: ip̄m in fine anni certificarēt. qđ et fecerūt. Conſiderauerūt illi ph'i leges ciues in tēplis ⁊ in foris in feſtis et ludis: diuites pauperes mulieres et paruulos: et in fine anni acceperūt licentiam a rege: et dixerunt ſe nolle diutius in ciuitate illa morari. Quid autem videretur corrigendum vel arguēdum de moribus ciuitatis: quilibet ipſorum relinqueret in porta ſua / in duobus verſibus exaratum. Regiqꝫ dixerunt ꝙ cum contenta in verſibus correxiſſet: ciuitatem illam ciuitatem iuſticie nominaret. In porta autem oriētali ſic erat ſcriptum. Munus ſit iudex: fraus eſt mercator in vrbe: Nec lex eſt dominis: nec timor eſt pueris. In porta autē auſtrali ſic ſcribebatur. Ingeniū dolus eſt: amor omnis ceca voluptas: Ludus ruſticitas: ⁊ gula feſta dies. In porta occidentali ſic erat ſcriptum. Etas ridetur: mulier pulſatur amore: Diues laudatur: pauper adheret humo. In porta aquilonari. Prudentes ceci: contracti degenerati Sunt notus ignotus: nullus amicus amat. Modo inuenietis ꝙ hec omnia ſunt vera noſtris temporibus. Quantum ad primum quis eſt modo qui poſſet cōfidere in iure in curia ſeculari vel eccleſiaſtica: niſi qui habet munera pro iudice ⁊c̄. Ideo prohibitū eſt in lege dei etiam regis / ꝙ iudices munera non accipiant. Quantum ad legem regni ordinatum eſt ab antiquis: et in forma iuramenti ſtatutum / ꝙ faciant domino regi iuramentū iuſticiarij et barones: et illi qui ſunt de conſilio regis ꝙ a nullo munera accipiant: quem ſciāt in curia regis habere negocia expedire. In lege autem dei inhibitum eſt Exodi. xxiij. Non accipies munera: que etiam excecant prudētes: et ſubuertunt verba iuſtorum. Ideo contra tales loquitur dominus Eſaie. v. Ve qui iuſtificatis impiū pro muneribus et iuſticiam iuſti aufertis ab eo. Et hec fuit cauſa quare filij heli ſacerdotis perdiderunt regnum populi iſrael: quia acceperunt munera et peruerterunt iudiciū. Vnde narrat Valerius / ꝙ facta contentione de duobus in ſenatu / quis eorum mitteretur in hiſpaniam legatus: ſententia Scipionis preualuit: q̄ dixit. neuter mihi placet mittēdus: qꝛ nihil alter hꝫ: alteri nihil eſt ſatis. Ex quo pꝫ ꝙ iudices non debent eſſe auari nec pauperes. Et ſequitur vltra ſcd̄m iſtiꝰ ph'i. Fraus eſt mercator in vrbe.

Eſt em̄ fraus in mixturis. antiqui et noui
ītegri ⁊ corrupti. hāc nouerūt pānoꝝ mer
catores: q2 defraudant in mēſurando: ⁊ la
narum et aliarum rerū mercimonialium
in ponderādo ⁊c. Poſtea dicit. Nec lex eſt
dn̄is: quia multi potentes leges nō ob-
ſeruant: quas cogunt infirmiores obſer-
uare. Vn̄ narrat Valerius lib. vij. ꝙ Ana
charſis pħus leges telis comparauit ara
nearum: que fiūt mira ſubtilitate: et non
capiūt magna aīalia: ſed parua ſicut mu-
ſcas. Sic fit frequēter ꝙ illi qui debent
exequi legē ſunt peiores et nō puniuntur
ſed minores ſolū ſi legem infringant. Vn̄
legitur ꝙ Socrates pħs vidēs ſemel ba
iulos cuiuſdā principis quendā latronē
ad patibulū ducere: ſcripſit et ſubriſit: et
interrogatus de quo rideret: ait. Ecce in-
quit quō magni latrones ſuſpendūt par-
uum. Et ſequitur quartū ſcilȝ Nec timor
eſt pueris. Ariſtoteles docet ꝙ tria ſunt
ſm̄ politicā de quibꝰ pueri ſunt informā
di: q2 ad hec faciliter inclinantur. ideo q2
habēt ſuccedere parentibus in regimine
ciuitatis: debent igiť erudiri: ne ſint de-
diti. ſ. ire/ gule/ ⁊ luxurie: ⁊ hoc verbo et
exēplo. Nam dicit Ariſtoť. vij. politicoꝝ
in fine: ꝙ cura debet eſſe principi: ꝙ non
ſint ī ciuitate alique viles picture nec ſcri
pture; ꝑ quas ad mala et feda aīe puero-
rū poterūt inclinari. Ideo antiquitus ro
me poterant intrare pueri in oīa templa
deoꝝ; excepto templo veneris: in quo nul
lo modo introducebātur pueri: nec iuue-
nes: ne turpitudo picturarū aīos infice-
ret iunioꝝ. Sed iā non curāt multi nutri
re filios honeſte: nec doctrina virtuoſa: ſȝ
iam iurāt et blaſphemāt deū et ſctōs. vn̄
narrat Gregoriꝰ in libro dialogoꝝ de pue
ro quinqȝ annoꝝ ad talia aſſueto: ꝙ cum
deū inter brachia p̄ris blaſphemaret: ſi-
cut cōſueuerať: fuit a diabolo trāſporta-
tus. Ideo dr̄ Eccli. xxx. Qui diligit filium
ſuū: aſſiduat illi flagella: vt letetur in no
uiſſimo illius. Ad hoc etiā narrat Boetiꝰ
in libro de doctrina ſcholariū de quodā:
qui ex negligentia parentū multis vitijs
aſſuetus: per eū ſui parētes nobiles fue-
runt depauperati. tandē ſuſpendio iudi-
catus: cū a parentibus propter inopiam
non potuiſſet redimi: cū lachrymis peti-
uit a p̄re oſculū: ⁊ pater erexit ſe ad oſcu
lum; et filius morſu amariſſimo naſum
patris abſcidit et ait. q2 primis meis er-
roribus euaſi incaſtigatus: ecce inq̄t ma-
tris mee preceptis nō obediui: ſocios me
os contēpſi. quaſi diceret. tu reus es ſcele
ris mei: qui ab oībus defectibus me po-
teras caſtigare. Et iō Eccli. vij. Filij tibi
ſunt: erudi illos: ⁊ curua illos a puericia
illoꝝ. Simile huic de ſuſanna Danie. xiij.
ꝙ parentes eius cum eſſent iuſti: erudie-
runt filiā ſuam ſm̄ legem moyſi.
¶ Primū verbū ſcd̄i pħi fuit. Ingenium
dolus eſt. de ingenio recte eſt ſicut de vi-
no: qđ quanto eſt fortius: tanto citius
mutat hominē et decipit acutius. ideo fi-
cta fidelitas eſt in fidelibus et ſimplicibꝰ.
Legitur ꝙ xp̄s multotiens cōmunicauit
ſe aſino: q̄ eſt animal ſimpliciſſimū: quia
quādo reclinari voluit in preſepio: vt ha
betur Luce. ij. refugium habuit ad aſinū
Quando fugit in egyptū elegit aſinū pro
equo. Quando acceſſit ad ciuitatē hieru-
ſalem: cū ſciuit mortem ſuā appropinqua
re: ſuper aſinam ſedit. Hec oīa figurant
quia xp̄s faciliter cōmunicauit ſe minori
bus ⁊ ſimplicibus huius mundi. Sȝ mo
do ingenium dolus eſt. nam non reputať
aliquis ingenioſus: niſi ſit doloſus: qui
ſciat in facie adulari: et detrahere ⁊ deci-
pere in occulto proximū ⁊ huiuſmodi alr̄s
nihil appreciať. Ideo dixit quidā verſi-
ficator. Si vis laudari: ſi vis charuſqȝ vo
cari: Diſcas adulari: naȝ tales ſunt modo
chari. Sed de talibus fiet ſicut de illo de
quo narrat Hierony. ꝙ quidā peregrinꝰ
in frigore magno preuentus fuit nocte in
deſerto: ⁊ tandē inuenit heremitam: et
petijt hoſpitiū ſuum. quo introducto ꝓ-
pter frigus magnum ſufflauit in digitos
ſuos: quia plus ibi patiebatur. Tūc que-
ſiuit heremita cur ſic faceret: et ille vt digi
tos calefaceret. Tunc parato ſibi cibo ſuf
flauit in diſcum vt cibū refrigeraret. Tūc
ait heremita. recede miſer: quia contra-
ria portas in ore. nō es dignus hoſpitio:
ſed ſupplicio. Sic faciet deus. tales em̄
doloſos puniet ſine fine. Eccli. xxviij. ca.
Multi ceciderunt in ore gladij: ſed non
ſic quaſi qui interierūt per linguā ſuam.
Ideo legiť in vitaſpatrū ꝙ quidā ſanctꝰ
quotidie orabat deum di. Domine libera
me a lingua mea. Secundū verbū ſecun-
di philoſophi eſt: Amor omnis ceca vo-
luptas. Hoc ſatis ptȝ in amore moderno

Unus viliſſimus ribaldus ꝑ munuſcula
occulta. per cenas ſerotinas voluptuoſe
amat ⁊ amatur. Et nota ꝙ amor eſt ceca
voluptas. Nam vix homo diligit hoīem
vel mulierem: quin ſit amor inordinatus
vnde Eccli. xvij. Quid nequius q̄ꝫ quod
excogitat caro et ſanguis. vnde refert Vi
centius in. xxv. ſpeculi hiſtorialis: ꝙ exer
citus karoli magni fuit ab infidelibꝰ de-
ſtructus ⁊ interfectus: quia luxuriati fue
rūt cum mulieribus nocte precedenti.
Tertium verbum ſecundi philoſophi eſt.
Ludus ruſticitas. Dicit enim Ariſtoteles
iiij. ethicoꝝ: ꝙ ludus eſt ſolatiū ad vitā.
ſed in ludo eſt turpiloquiū fugiēdum. vn̄
dicit ariſtoteles. vij. politicoꝝ ī fine: ꝙ to
taliter turpiloquiū ex ciuitate per legiſ-
latorem opȝ exterminari. dicere em̄ turpi
loquiū: ſic etiā ipȝ facere deturpat hoīeȝ.
vnde in Dam̄. legitur ꝙ ſi filius alicuius
nobilis inueniretur in aliquo defectu ta-
li: eijceretur de menſa: ⁊ poneretur in ter
ra: ⁊ verberibus caſtigaretur: ſi eſſet ſub
cura vel infra annū ⁊c. ſi ſenior eſſet: pe-
nis conſimilibus plecteretur. hec fuit lex
gentiū. Quid ergo de modernis: quoꝝ lu
dus deterius: qđ nō licet modo recitare.
Nota de filia fornicata: que capitulata a
patre: dixit nihil eā tam impudice traxit
ad peccandum ſicut ludus patris. De ta-
li materia ſi loquamur de ludo: vel de ver
bis: vel de factis: vel alijs quibuſcūqȝ in
quibus conſiſtit ludus modernoꝝ: totum
pertinet ad peccatū. et per malum exēplū
alios ad peccandū inducūt. et ſic ꝯtinue
eorum peccata augmentantur. vnde Au-
guſti. diċ ꝙ incerta eſt penitentia arrij:
quia incertū eſt q̊t ſua doctrina dānātur.
vnde Job. xxj. diciť. Infantes eorum exul
tant luſibꝰ: tenent tympanū ⁊ citharā ⁊c.
et ducunt in bonis dies ſuos: et in pūcto
ad inferna deſcendūt. Quartū verbū ſecū
di philoſophi eſt. Gula feſta dies. quod
quotidie ſatis patet. naȝ homines freq̄n-
ter nimis in diebꝰ feſtiuis dant ſe gule: ⁊
illud eſt graue peccatū: quia ſi ſe iebriat:
exponit ſe periculo cuiuſcūqȝ peccati. nec
reſiſtere vitio poteſt. Nota de illo quem
diabolꝰ rogauit ꝙ interficeret patrē ſuū
pro diuitijs habēdis. vel cognoſceret ma
trem ſuam propriam: qui noluit: ſed con
ſenſit ꝙ volebat inebriari. quia hoc vide-
batur ſibi paruum; et quando factus eſt
ebrius: cognouit matrem: et occidit pa-
trem. q2 dicit Gregorius. iij. moraľ. Dum
venter per abſtinentiā non reſtringitur:
per carnis concupiſcentiaȝ omnes ſimul
virtutes obruunt. Et tunc certe iſti dies
feſti conuertentur in lamentationē et lu-
ctum. Tob. ij. nam inutile eſt. Sex enim
dies concedit deus hominibus vt ſibi vi
ctum acquirant. ſeptimū autē voluit ſibi
dedicare: vt orationibus et alijs bonis
operibus vacent: ⁊ regratientur ei de be
neficijs ſibi datis. Sed iſtū ſeptimū dieȝ
dedicant gule: vt quilibet poſſit dicere il-
lud ps̄. cxv. Quid retribuam domino pro
omnibꝰ que retribuit mihi. Calicem ſalu
taris accipiaȝ. Et vere melius eſſet ſic ire
ad luctū ſm̄ illud Eccl's. vij. Melius eſt
ire ad domū luctus q̄ꝫ ad domū cōuiuij.
¶ Primū verbum tertij philoſophi eſt.
Etas ridetur. Quando homo eſt totꝰ ſe-
nex vxor faſtidit: filius deſiderat morteȝ:
famulus contēnit imperiū. Et iſtud inue
nitur in omni genere hoīm. Rome fuit in
ſtitutū ſic narrat valeriꝰ li. ij. ꝙ ſenectuti
iuuentus talē exhiberet honorē: acſi oēs
ſenes cuiuſlibȝ iuuenis p̄res eēnt. ⁊ q̄ alis
quē ꝯtēneret: ipſe etiā ꝯdēnareť. vn̄ vale
riꝰ lib. iij. refert ꝙ dū quidā filiꝰ: qui pa-
trē per pedes verſus oſtiū traxit ꝑ terrā:
volēs eū expellere de domo: cū veniſſȝ ad
limen oſtij exclamauit p̄r. Ceſſa fili: traxi
em̄ ego patrē meū: cū eſſem iuuenis: vſqȝ
huc. Scd̄m verbū tertij pħi eſt. Mulier
pulſať amore. qđ eſt maximū pctm̄. nam
multi ſunt qui ſunt ita effeminati: ꝙ ma
ritatas ꝟgines et viduas expetūt: ⁊ inſi-
dianť qualr̄ eas poterūt decipe. Tertiuȝ
verbū pħi eſt. Diues laudať. qđ eſt irra-
tionabile: cū ſatis ex diuitijs extollatur.
Quartū verbū pħi eſt. Pauper adheret
humo. Vita xp̄i tota fuit in pauptate: et
vix ſunt aliqui qui illam velint ſequi.
¶ Quartus pħs ait. Prudentes ceci. q2
tantū incedūt ſuper gloriā mundi ꝙ ex-
cecantur. Proſequere reliqua ſm̄ tui in-
genij capacitatem ⁊c.

¶ Pro confraternitate. Sermo.

EStote cōpatiē-
tes: fraternitatis amato-
res. j. Petri. iij. c. Prout re
perio in ſacra ſcriptura: fra
ternitas; ſiue fraterna di-

lectio/tria bona operatur vbi eſt. Per ipſam enim

A Primo par conſeruatur.
Scdo ad pietatem homo inclinatur.
Tertio victoria de inimicis facilius habetur.

¶ Primo dico ꝙ per fraternā dilectionē pax conſeruat. nam qñ aliq̄ fraterne ſe diligūt: ſignū eſt ꝙ eſt iter eos pax. qꝛ vt dicit phs in ethicis. Amicus eſt alter ipſe. Exemplū habemꝰ Gen. xiij. vbi legit ꝙ cū abraā et loth receſſiſſent de egypto cū vxoribꝰ/et cum omnibꝰ que poſſidebāt: ⁊ qꝛ ſubſtantia eoꝝ erat multa: ⁊ greges eorum nequibant habitare coīter: vñ facta eſt rixa iter paſtores gregū abraā ⁊ loth: ⁊ iō abraā ad loth ait. Ne q̄ſo ſit iurgiū iter me ⁊ te: et inter paſtores meos ⁊ tuos: fratres eñ ſumus. Appet ḡ prima clauſula.
¶ Scdo dixi ꝙ ad pietatē homo iclinat. Uidemus eñ ꝙ homo faciliꝰ inclinatur ad miſerēdū: ⁊ adiuuat illos q̄ ſunt de parentela eiꝰ: ꝙ̄ extraneos: ſicut legimꝰ Geneſ. xlij. vbi dr̄ ꝙ cū iacob ⁊ filij ſui habitarēt in terra chanaā: in q̄ erat fames valida: ⁊ audirent ꝙ alimenta vendebant in egypto: miſit decē filios ad emendum. ioſeph aūt erat gubernator ⁊ diſpēſator terre egypti: q̄ per eos fuerat venditꝰ: iō qñ fuerūt in egypto: ipſi nō cognouerunt eū: ſed ipſi ab ipo bene fuerūt agniti: qui ei narrātes penuriā: quā pr̄ et ipſi ſuſtinebant: ſine pecunia dedit eis triticū. et cū poſtea vidiſſet fratrē ſuū vterinū beniamin: ait. Deꝰ miſereat tui fili mi. feſtinauitq̄ in domū: qꝛ cōmota erāt viſcera eiꝰ ſuper fratre ſuo: ⁊ erūpebant lachryme. ⁊ introiens cubiculū fleuit. Apparet ergo ſecūda clauſula.
¶ Tertio dixi ꝙ victoria de inimicis faciliꝰ habet. qꝛ dr̄ Prouer. xviij. Frater qui adiuuat a fratre q̄ſi ciuitas firma. Exemplū eñ habemus. j. mach. iij. vbi legit ꝙ iudas machabeus: mortuo matathia patre eiꝰ: ſurrexit pꝛ eo ⁊ adiuuabāt eū fratres eiꝰ. ideo ſequit. Repulſi ſunt inimici eiꝰ pre timore eius. ⁊ deuicit appolloniū: et multos ppl̄os. Et hoc quantū ad tertiū. Apparet ergo regula preaſſumpta.
¶ Modo predicta nr̄o propoſito applicādo: oēs vos debetis hr̄e iſta tria. videlꝫ
Primo ſimul pacem ⁊ concordiam.
Secūdo erga proximū pietatē et miām.
Tertio de inimicis victoriam.
¶ Primo dixi ꝙ debetis hr̄e pacē et ꝯcordiā. ita admonuit nos multitudo angelorū nato dei filio di. Gl'ia in altiſſimis deo et in terra pax hoībus. Luc. ij. Et qꝛ pax eſt hereditas: quā nobis dei filiꝰ in ſuo teſtamento dimiſit. Iohā. xiiij. Pacē relinq̄ vob: pacē meā do vobis. in tantū eſt neceſſaria nobis: ꝙ ſemp nobis in miſſa dr̄. Pax dñi ſit ſemper vobiſcū.
¶ Dixi ſcdo ꝙ debetis habere pietatē et miam. ita dr̄ vobis Luc. vj. Eſtote miſericordes ſicut ⁊ pater veſter miſericors eſt. Et ratio eſt: qꝛ filij debēt imitari patrem ſuū. cū eñ deus vocet pater miarū. nuſq̄ eñ legit ꝙ deus vocet pr̄ potentiarum: neq̄ pr̄ ſcientie: ſed pr̄ mie: ad innuendū ꝙ illi qui ſunt filij ſui: nō debēt ipſum in potētia imitari: neq̄ in ſciētia: ſed ſolū i mia: ſi volunt ab eo hereditari. iō beatus Aug. ſuper p̄dicto v̄bo ait. Inueniſti patrē: imitare patrē. ſi eñ imitari non vis: exhereditari diſponis. hec ille.
¶ Tertio dixi ꝙ debet hr̄e de inimicis victoriā. qꝛ vt dicit ſctūs ille Iob. vij. Militia eſt vi. ho. ſu. ter. Modo nos habemꝰ vnū aduerſariū potentē ⁊ crudelē: quem debemꝰ vincere: de q̄ loquit btūs Petrꝰ j. Pet. v. aduerſariꝰ veſter diabolꝰ tanq̄ leo rugiens ⁊c. Uincitur iſte inimicꝰ per humilitatē. j. Iob. ij. Uos ex deo eſtis: et viciſtis malignū. ¶ Ex antedictis formet talis ratio. ſ. ex maiori et minori: ⁊ ꝯcludatur ſic thema. Fraternitas operat tria bona predicta. ergo bene hortatur et monet vos petrꝰ apoſtolꝰ ꝙ ſitis amatores fraternitatis. di. verbū thematis prelibati. ſcilꝫ Eſtote compatiētes ⁊c.
¶ In q̄bus v̄bis ad duo vos hortat. vꝫ
Primo ꝙ pauperū p̄ximorū velitis eſſe adiutores. eſtote
Secundo ꝙ vnitiue charitatis contendatis eſſe cultores: quia di. fraternitatis amatores.
¶ De primo cauſa breuitatis nō curo: qꝛ ſatis ptꝫ. ¶ Sed quantū ad ſcdm eſt ſciēdū ꝙ vos p̄ charitatē debetis eſſe vniti ⁊ cōgregati. Et rō eſt: qꝛ multi meliꝰ ſe iuuant et ſupportāt. iō dicit ſalomō Eccl's iiij. Melius eſt duos eſſe ſimul ꝙ̄ vnum ſcꝫ ſi ſint iuuantes ſe ad cōſeruandum in bono. vñ ſicut totū integrale vt domꝰ: hꝫ eſſe q̄diu ptes eius manent coniūcte. ſic

B

ſpiritualiter veri cōfratres hñt eſſe ſpūale q̄diu ſunt in charitate vniti. Iō dr̄. j. Pet. ij. Deū timete: fraternitatē diligite. Et in exēplū huius legit in vitaſpatrū: ꝙ q̄dam ſue ſalutꝭ emulꝰ/quēdā patrē conſuluit qd̄ hoꝝ meliꝰ expediret ducere. ſcꝫ vitā heremiticā vel cenobicā ⁊ ſocialem. Cui pr̄ noluit rñdere v̄bo ne pateret calūniā. ſed rñdit exēplo. iuſſit vt vas plenum carbonibꝰ ignitis afferret: qd̄ cū ille mādatis obediēs attuliſſet: pr̄ ille carbones extrahēs: quē ignitiſſimū vidit: in terrā locauit: vbi cū eſſet ſolitariꝰ: non multo poſt eſt extinctꝰ. qd̄ ille nō intelligēs ait. Pr̄ q̄d ſibi vult obſecro qd̄ feciſti: iā inq̄t ſi aduertiſti ſatiſfactū eſt q̄ſtioni. ecce carbo q̄ exiſtēs cū alijs plꝰ erat oībꝰ ignitus proſus extinctꝰ eſt ab aere frigido circūſtante: qꝛ manſit ab alijs ſepatꝰ. reliq̄ adhuc igniti pmanēt: eo ꝙ ex conſortio mutuo in calore ſe fouēt. Sic hoīes manentes cū alijs in fraternitate ⁊ dilectiōe: ſe adiuuāt in bono: ⁊ in merito adinuicem ſupportāt: qꝛ in hoc cognoſcit v̄a fraternitas: qñ ſimul ſe iuuāt ⁊ ſupportant. vñ Rabanꝰ ſup Mat. Uera fraternitas eſt q̄ fratrē venerat: corripit diſſolutū: abſentē nō rodit: ſano applaudit: infirmū non deſerit: placatū non pꝛuocat. hec ille. Et ſi bene iſta verba intelligant: cōtinēt tria que debent habere qui ſunt confratres.
Primo ꝙ ſint ſine rixa et diſcordia.
Scdo ꝙ ſint ſine peccato et macula.
Tertio ꝙ ſint ſine obliuiōe ⁊ negligētia.
¶ Primo dico vt inter eos nō ſint iurgia vel rixe: ſed ſint cōfratres. i. ſimul fratres nā ſicut cordis diuiſio eſt ſignū mortꝭ corporalis. ſic diuiſio et briga confratrū eſt ſignū mortis ſpūalis: et iō dr̄. j. Petri. j. In fraternitatis amore ſimplici ex corde inuicē diligite attentius. propter quod a talibꝰ cōfraternitatibꝰ ſunt totaliter expellendi hoīes vitioſi: ⁊ iurgia ſeminantes: qꝛ eos perturbant.
¶ Secundo dico ꝙ ſint ⁊c. ſicut vna ouis fetida ⁊ morbida totū gregem inficit: ſic vnꝰ confrater inuolutus in pctīs alios p̄ malū exemplū corrūpit ⁊ inficit. ideo etiā q̄nq̄ p̄ ipſum tota cōfraternitas deperit ſicut dr̄ Sap. x. Per irā homicidij fraternitas deptjt. iō tales ſunt a ꝯfratribꝰ expellendi: ne alios fedent et deturpent.
¶ Tertio ꝙ ſint ſine obliuione eoꝝ qui ſunt de ꝯfratria: cōfratres īfirmos viſitādo: ꝯfratres paupes iuuando: diſcordes pacificādo: triſtes ⁊ merētes ꝯſolādo: ⁊ illis q̄ ſunt i purgatorio ſacrificijs/ oronibus/ ⁊ elemoſynis ſubueniēdo. Iō illi q̄ in talibꝰ ſunt negligētes: ſunt expellendi de ꝯfratria tāq̄ ingrati: qꝛ nolūt obſeruare quod pmiſerūt. qꝛ tales ꝯfratrias deſtruūt ⁊ euertūt. ppter qd̄ dr̄. ij. ad theſ. iij. Denūciamꝰ aūt vobis fratres in noīe dñi nr̄i ieſu xp̄i: vt ſubtrahatis vos ab oī fratre ambulāte inordinate. Appet ḡ qualiter debetꝭ p̄ charitatē eſſe vniti et ꝯgregati in iſta ſctā confratria: vt ſcilicꝫ vno ore deū laudetis: vno corde p̄ximū diligatis: ⁊ ſic in pn̄ti ꝯſequemini diuinā gratiā: et i futuro eternā gloriā. Ad quam ⁊c.

¶ Pro conſecratiōe eccleſie vel dedicatione. Sermo.

Templū dei ſanctū eſt. j. Cor. iij. Prout reperio in ſacra ſcriptura: tēplū materiale p̄ alijs domibꝰ habuit q̄tuor ꝯditiōes: ppter q̄s tēplū ſalomonis fuit edificatū.
Primo ad offerēdū deo ⁊ ſacrificandum.
Scdo ad docēdū ignorātes ⁊ informādū.
Tertio vt eſſet domꝰ dei ad inhabitādū.
Quarto vt eſſꝫ locꝰ ſpāl' ad deū exorādū.
¶ Dixi primo ꝙ templū erat ordinatū vt ibi offerrēt filij iſrael deo oblationes ⁊ ſacrificiū p̄ pctīs ſuis. Ita legimꝰ feciſſe illū regē ezechiā: vt legit. ij. Parali. xxix. ꝙ vocauit ſacerdotes ⁊ leuitas vt ſanctificarent domū dñi: ⁊ mūdarēt: qꝛ patres eoꝝ totaliter dereliquerāt dñm: ⁊ ei non ſacrificauerāt: immo potiꝰ idolis. Cūq̄ feciſſent cōſurgēs diluculo ezechias adunauit oēs principes ciuitatꝭ: ⁊ aſcēdit domū dñi vbi obtulerūt multa ſacrificia. Iſtud preceperat deus filijs iſrael Deutero. xij. di. Ad locū quē elegerit dñs deus veſter de cūctꝭ tribubꝰ v̄ris: vt ponat nomē ſuū ibi: ⁊ habitet in eo: venietis ⁊ offeretꝭ in loco illo holocauſta ⁊ victimas v̄ras ⁊c. Apparet ergo prima clauſula.
¶ Dixi ſcdo ꝙ templū eſt locꝰ in q̄ inſtruebātur ignorātes in lege dñi. iō dr̄ Luc. xix de xp̄o ꝙ gētes docebat ⁊ inſtruebat i tēplo. vnde dicit euangeliſta. Erat docens quotidie in templo. Siľr Ioh. xviij. legit ꝙ cum pontifex iudeorum interrogauit ieſum de diſcipulis ſuis: et de doctrina eius: rñdit ei ieſus. Ego ſemp docui i ſyꝫ

nagoga ⁊ in tēplo: quo omnes iudei cōueniūt: et in occulto locutus ſum nihil. Apparet ergo ſecunda clauſula.

¶ Dixi tertio ꝙ eſt locus ⁊ habitatio dei. Quis em̄ deus ſit vbiqꝫ: tm̄ ſpecialiter inuenit̄ in tēplo. pſ̄. x. Dn̄s in tēplo ſctō ſuo ⁊c. etiā. ij. Machab. xiiij. legit̄ ꝙ ſacerdotes rogabāt deū ⁊ dicebāt. Tu dn̄e vniuerſoꝝ qui nullius indiges: voluiſti tēplū habitationis tue fieri in nobis. Similiter legitur Gen̄. xxviij. ꝙ cū iacob egrederet̄ de berſabee ⁊ ꝑgeret aran: venit in mōte moria: vbi poſtea fuit edificatū tēplum ſalomonis: ⁊ ibi vidit in ſomnis ſcalā ſtātē ſuper terrā: ⁊ cacumē illiꝰ tangēs celū: angeloſqꝫ dei aſcēdētes ⁊ deſcēdētes per eā: et dn̄m innixū ſcale. ⁊ ſequitur infra. ꝙ dixit iacob. Uere dn̄s eſt ī loco iſto ⁊ ego neſciebā. Nō eſt hic aliud niſi domus dei et porta celi. Et ſic patet tertia clauſula.

¶ Dixi quarto ꝙ tēplū eſt locus ī quo deuote dn̄m oramus. Ita dicit origenes exponens illud verbū Mat. xxj. Domꝰ mea domꝰ orationis vocabit̄. In tēplo dn̄i nō debēt vēdere ⁊ emere: ſꝫ orationibꝰ tm̄ vacare. Exēplū habemꝰ. j. Reg. j. c. ꝙ anna deuote orauit in tēplo: ⁊ heli ſacerdos ſpiritu ꝓphetico ait ad eā. Uade in pace: et deus iſrael det tibi petitionē tuā: quā rogaſti eū. et tūc habuit filiū ſamuelē ꝓphetā. Etiā legit̄ Luc. j. ꝙ cū zacharias ſacerdos oraret in tēplo: apparuit ei angelus dn̄i. Ne timeas zacharia qm̄ exaudita ē deprecatio tua. Apparet igit̄ quarta clauſula: ⁊ ꝑ ꝯn̄s tota regula preaſſumpta.

¶ Modo predicta nr̄o ꝓpoſito applicando: hec preſens eccleſia ad honorem dei ⁊ btē virginis ac ſanctoꝝ edificata hꝫ ꝓprietates et excellentias ſupradictas.

Primo in ea ſacrificiū gratū deo offertur et immolatur.

Secundo in ea rudis populus inſtruitur et informatur.

Tertio domus dei et eius habitatio dicit̄ et affirmatur.

Quarto eſt ſpecialis locus vbi fit oratio: ⁊ deus adoratur.

¶ Primo fuit dictū ꝙ offert̄ ī hac eccleſia ſacrificiū deo placēs. ſ. ſacrm̄ corꝑis xp̄i ⁊ ſanguinis: qđ q̄tidie in memoriā paſſiōis eiꝰ imolamꝰ: ſic ipſe xp̄s nobis ꝑcepit di. Lu. xxij. Hoc facite ī meā cōmemorationē Et officiū iſtiꝰ ſacrificij nos ꝓprie vocamꝰ miſſā: ex eo ꝙ celeſtis miſſus. ſ. xp̄s a p̄re mittat̄ q̄ ipām hoſtiā cōſecrat: ⁊ ꝑ eūdē a nobis p̄ri mittit̄ vt ꝓ nob̄ intercedat. Un̄ Hugo. Ipſa hodie ſacra miſſa vocari pōt q̄ trāſmiſſa ē. Prio a p̄re nobis ꝑ īcarnationē. ſcđo a nobis p̄ri ꝑ paſſionē. hec ille Silr̄ in ſacro. ꝑmo a p̄re nobis ꝑ ſctificationē: q̄ nobiſcū eē īcipit. p̄terea a nobis p̄ri ꝑ oblationē: q̄ ꝓ nobis ītercedit. Et debetis ſcire ꝙ miſſa ī tribꝰ linguis cātat̄ ſcꝫ greca: hebraica: ⁊ latina: ad repreſentādū titulū dn̄ice paſſiōis: q̄ ſcriptꝰ erat grece hebraice et latine. Et ad notādū ꝙ oīs ligua dꝫ deū laudare: qđ ꝑ hāc triplicē linguā ītelligit̄. Latina aūt ſunt ītroitꝰ/ gloria/ ep̄le/ or̄ones/ ⁊ cātꝰ. Greca ſunt kyrie eleyſon. chriſte eleyſon ⁊c. Nouē vicibꝰ cātant̄: vt nos ad ſocietatē nouē ordinū angeloꝝ ꝑueniamꝰ. Hebraica ſunt alleluya: amē: ſabaoth: ⁊ oſanna. Apparet ergo ꝙ hic offert̄ ſacrificium deo acceptum.

¶ Scđo dixi ꝙ in hac eccl̄ia hoīes ignorātes īſtruunt̄. Hec domꝰ ē ſchola: ī q̄ hoīes ignari ⁊ ignorātes īſtruunt̄. q̄ videtis ꝙ hic precipiunt̄ ieiunia feſtiuitates. q̄liter debetis ꝯfiteri: q̄liter viuere: q̄lr̄ deū amare: q̄liter de pctīs pn̄iam agere: ꝑ illos q̄ nobis hic ꝑdicāt: ⁊ ſacr̄a miniſtrāt. Hic īſtruimur de fide: ſine q̄ nullꝰ pōt ſaluari: vt dicit Athana. ⁊ q̄ ſentire aut docere de corꝑe dn̄i baptiſmate aut alijs ſacr̄is preſumpſerit: niſi vt mr̄ ſctā eccl̄ia predicat ⁊ obſeruat: velut hereticꝰ ꝯdēnet̄. ex de here. c. ad abolēdā. ⁊ ideo ſolū fideles ī hac ſchola docent̄ verbo: īmo etiā ſcripto: q̄ ibi depingunt̄ cruces ⁊ imagines propter rememorationē ⁊ inſtructionē: q̄ ſunt q̄ſi libri laicoꝝ. Apparet igitur quomodo inſtruuntur ignorantes.

¶ Tertio dixi ꝙ hec ē domꝰ dei ⁊ eiꝰ habitatio: q̄ hic ⁊ ī eccl̄ia bn̄ ordinata īuenietis ſemꝑ corꝑꝰ xp̄i ī tabernaculo: q̄ eſt rex regū et dn̄s dn̄antiū. Apoc. xix. Un̄ recte ē domꝰ dei: ī q̄ ſacr̄a ꝯtinent̄: ⁊ miniſtrant̄: et dant̄ q̄dā hoībꝰ ī hūc mūdū ītrātibꝰ vt baptiſmꝰ: q̄dā exeūtibꝰ vt extrema vnctio: q̄dā cōmorātibꝰ. ⁊ hoꝝ q̄dā ſunt miniſtrātes: ⁊ his dat̄ ordo: q̄dā pugnātes: ⁊ hoꝝ q̄dā pene ſuccūbūt ⁊ his dat̄ pn̄ia. q̄dā īſiſtūt ⁊ his ꝯfert̄ audacia animi vt roborētur ⁊ h̄ ꝑ cōfirmationē. dat̄ cibꝰ vt ſuſtētētur ꝑ euchariſtie ſuſceptionē. fit em̄ remotio impedimēti ne deijciant̄: ⁊ hoc ꝑ matrimonij coniunctionē. Apparet ergo ꝙ hec eccl̄ia ē domꝰ dei ⁊ eiꝰ habitatio.

